



10  
25 - 9






1000

300 - going to P.M. Vanya  
2nd

6000 ft.  
Sawtooth  
Mts. Idaho





REGNUM  
CONGO  
hoc es

VERA DESCRIPTIO REGNI AFRI-  
CANI, QVOD TAM AB IN-  
COLIS QVAM LASITANIS  
JO<sup>ES</sup> Congus appellatur.  
PER  
PHILIPPVM PIGAFETTAM,  
olim ex EDOARDI LOPEZ acroamatis  
lingua Italica excerpta; nunc Latio  
sermone donata ab  
AVGVST. CASSIQD. REINIO.  
Iconibus & imaginibus rerum memorabilium, quasi  
eius, opera & industria Ioan. Thodori & Ioan.  
Israëlis de Bry fratum, &c. exornata.

FRANCO FVRTI  
Excudebat VVolffgangus Richter, impen-  
sislo. Theo. & lo. Israël. de Bry, frat.  
M. D. XCVIII.

J. H. H. B. 1800

RPJCB

ILLVSTRISSIMO  
PRINCIPI AC DOMINO,  
DOMINO FRIDERICO III. CO-  
MITI PALATINO AD RHENVM: SA-  
cri Romani Imperij Archidapifero: & Electori:  
Duci Bauariae, &c. Domino cle-  
mentissimo.





N more positum est, Illustrissime Princeps ac Domine clementissime, ut qui opus aliquod nouum in lucem edere cogitant, patronum aliquem sibi querant, qui non solum authoritate valeat, quò sub eius presidio & tutela opus illud suum ab omni maleuolorum insectatione tutum prodire queat, sed & qui materiæ eius quæ in operæ tractatur, vel scientia ad iudicandum polleat, vel studio & lectione delegetur; Proinde tuam Illustrissimam Celsitudinem humillime rogamus, ne nobis vitio vertat quod eā in huius historiolę quam edimus epistola nuncupatoria compellare ausi simus. Nos enim ad id induxit constantissima illa fama, qua certiores, veraci eius assertione, sumus redditii, vestræ Illustriss. Celsitud. Maiores Illustrissimos, Septemviro, & Curiæ Electoratusq; Palatini Administratores laudatissimos, Auos, Parentes, agnatos atque propinquos, Heroes immortali nomine, & æterna gloria, dignissimos atque celeberrimos, Historiarum mirifica voluptate semper fuisse affectos: & eosdem, illas in pretio (quod nimis ad politicam prudentiam comparandam haud parum momenti adferant, viamq; exemplis expeditissimam rebus præclare & feliciter gerendis gnauiter monstrant) a honore debito habuisse, heroicoq; encomio indesinenter, haud abs re, condecorasse.

Quapropter non vulgari iudicio, neque spe dubia, optimus senex Theodorus de Bry, iam equidem, disponente sic Numinе, superorum pace fruens, pater noster dilectus, sub protectione & clementi T. Illust. Celsitud. tutela, tertiam suarum Americanarum historiarum partem, feliciter foras dedit, vsuraq; lucis frui non immaturo consilio, passus est. Nam ex à morsibus Sycophantarum iniquorum, & Theonino dente inuidorum, tutæ, Deo sit laus, sancte q; teatæq; manserunt, vt ipse de tanti Principis Septemviri patrocinio, ætate iamiam ingrauelcente, etiam atque etiam sape maiorem in modum sibi gratularetur.

Captata igitur isthinc occasione, paterne nobis monitor, auctor & suasor multoties extitit, vt si aliquando, fauente, & artinostræ propitio numine, luce & manibus Principum non indignum, aliquod opus publicaturi essemus, paterna vestigia, & conatus sequentes, humilime Illustriss. T. Celsit. de patrocinio clementi interpellaremus.

Quapropter persuasi & vici etiam T. Celsitud. Illustrissimo nomine, & famę splendore augustissimo, ipsam quoque, certo scientes,

pro

D E D I C A T O R I A.

pro laudata Maiorum suorum consuetudine, non tantum ex historiis (quas eloquentiae parens Cicero vitæ humanæ quoddam quasi speculum esse recte pronunciauit,) Rerum in SS. Imperio superioribus seculis gestarum, fructus carpere dulces & vberes, sed etiam exotarum, quæ dissitissimis locis terrisq; stupenda intercedine à nobis distinctis, sub barbarorū iurisdictione, acciderunt & quotidie fiunt, vera narratione oppidò recreari; præfens hoc filum historicum, de rebus regni Congici, pertexendum, & in longam latamq; telam producendum, ac T. Illust. Celsitudini exhibendum, nuncupandum atque dedicandum recte nostro quidem iudicio statuimus.

Continet autem hic tractatus, descriptionem cùm eorum, quæ de tam augusto regno Africano cognitu sunt necessaria, ceu sunt, ipsius terræ situs, marisq; portus: hominum mores: religio atque cultus, consuetudines, Iura, habitus, & id genus alia: tum etiam exactam omnium finitimarum regionum, ac totius pene Africæ veram delineationem.

Quo autem toti operi (quod ex Idiomate Italico in Germanicum, postmodum in Latinum sermonem transferendum curauimus) decens imponeretur Colophon, ac vt prodiret nitidius, Icones, magno labore, impensis nullis parcentes, vigili manu adhibita, addidimus, infallibili spe ducti, illud T. Celsitud. Illustriss. tam fore gratum quam quod gratissimum, vt commendatione nostra ampliore indigere non existimemus.

Benigne ergo excipere dignabitur Illust. T. Celsit. hanc Congianam historiam ipsius nomini consecratam, ac nos apud ipsam clementer commendatos esse patietur.

Oramus autem Patrem Redemptoris ac Domini nostri I e s u Christi, ut ille sui S. Spiritus gratia Illust. T. Celsitudini ac eiusdem Electorali Coniugi, totiq; Domui Palatinatus augustissimæ, præsto esse, perpetuamq; incolumitatē benigne largiri, porro dignetur. Datae Francofurti postridie Calend. Augsti. Anno 98. stilo veteri.

Illustrij. T. Celsitudinis

humillimi clientes,

Ioan. {Theodorus }  
Irael de Bry fratres, Francofordiani.

) ( .3 Præfatio

RHODE ISLAND  
HISTORICAL SOCIETY  
PROVIDENCE, R. I.

P R A E F A T I O

Præfatio ad Lectorem.



Dmirandam & nouam Descriptionem  
Prouincia Nigritarum Manicongra  
in præsenti opere Lectori exhibemus: Est  
ea regnum in Africa partibus remotissi-  
mis, quod tam illustri Topographia, tam-  
que artificiose in ære incisis figuris expre-  
simus, ut cuius inextensa Dei sapientia  
inde manifeste pateat, proq[ue] his t[em]p[or]is bene-  
ficiis grates Deo soluere iure omni tenea-  
tur: siquidem diuina omnipotentia non in nostris solum regioni-  
bus, sed per uniuersum terrarum orbem in creatis suis in tantum  
elucet, ut nemo omnium, ubique etiam locorum veretur, de  
ignorantia diuina voluntatis & verbi patefacti excusandus sit.  
Verum adrem, & ut in genere quadam de Africæ quartâ mun-  
di parte afferamus, proœmij nimirum & plenioris historiae nostræ  
elucidationis causa, breuiter Lectorem de iisdem commonebimus,  
iuxta institutum nostrum exponentes, quid videlicet causa ad hi-  
storiæ hanc adornandam nos adegerit, quidque in posterum à  
nobis expectandum sit, quibus absolutis Lectori ut in suam rem  
feliciter abeat, ultro precabimur. Sunt qui Aphricæ nomen ab  
& Αφρική deducunt, ac si dicas, sine horrore. Subiacet ea regio Zona  
torrida expers omnis rigoris atque frigoris. Diuiditur omnis Af-  
rica in maiorem & minorem; In minore sunt Carthago, Utica,  
Hippone, Rhegium, &c. Alij Africam in quatuor partes pre-  
cipuas distinguit, nempe Barbariam, Numidiam, (ab Arabibus  
Bille dulgerid, vocatam,) Libyam (quam Arabes Sarram nomi-  
nant) & Nigritarum regionem, à Nigro fluvio, qui medium in-  
tersecat, denominationem suam sortitam. Atque hec Nigritta-  
rum Regio in quindecim Regna diuiditur, quorum unū est Gui-  
nea, ab inquininis Guine Genni vel Genna vocata, alias prouincia  
Canagæ, qua incipit supra caput viride, ex qua parte Barbariam at-  
tingit, ac pene ad littus Meliguette se extendit: Quinei itaque Ma-  
nicongi, Gialopi, Zapi, Berbesi, cum ceteris Nigritarum populi  
sunt; Populi isti assiduis inuicem certaminibus hostiles inimicitias  
exercent,

A D L E C T O R E M.

exercent, belli iure captos mutuo alij alios Lusitanis vendunt. Ceterum duo se hic nobis offerunt, qua referre opera pretium du- ximus, siquidem ab aliis scriptoribus praterita, soliqs Africæ pro- pria sunt. In Tingitana Africæ prouincia non longe à mari ar- bor nascitur (Ergen vocant) queru paulo procerior, folia illi Myritinis similia, & perpetuo virentia, fructus cereum prunum imitatur, ingrata amaritudine vsui inutilis, bestiis tamen & Camelis præsertim, quibus ea regio abundat, cibus familiaris, ege- runtur à pastis animantibus offa amygdalarum magnitudine, & binis lineis in longum desinentibus insignia, credas naturam in ea pictural luxuriare voluisse, adeo spectantium oculos allicit; expri- mitur à barbara gente è nucleis oleum aureo colore, & vulgari no- stro longe præstantius, at quia recens inuentum est, priscis scripto- ribus ignota arbor fuisse creditur. Porro alit Africæ homunculos fusco colore & capillo Æthiopum in morem criso & intorto, qui continenter sub pellibus agunt, & præter attritam lanam & ob- longam interulam nudi incedunt: iis leonem interficere pene lu- dus iocusqe est, irritant enim, & irruenti belua mira agilitate la- nam in oculos iniiciunt, & eodem animi robore exasperato cultro cor transfigunt, ex anima pellem diripiunt, quam circumferentes, & à pueris patriis carminibus celebrati stipem vulgo corrodunt. Testatur Iacobus Eborensis vidisse se unum ex istis Vlyssiponi, non ita deiformi aspectu, ut credebatur, imo colore candido & re- cta statura adolescentem, qui Hispanica lingua, cuius peritissimus fuerat, decem à se Leones imperfectos gloriatus fuerit, & qui cum eo ex Marochiis venerant, ita rem se habere affirmabant. Hoc cum Antuerpiæ non multo post idem Eborensis amicis narraret, quidam ex his cognitum sibi adolescentem & Granata natum aiebat. Atque hæc de Africa in genere, specialiora abunde in ipsa historia explicantur.

Nunc de intentione nostra quadam dicemus, quid nimirum causa nobis extiterit, cur recentem hanc Historiam, ex Italico translatam, imaginibusque illustribus exornatam, in publicam u- tilitatem adornauerimus. brevibus itaque Lecto r sic habeto: In- notuit paſsim iam annis ab hinc aliquot ad hæc usque tempora, patrem nostrum THEODORVM de Bry Leodiensem, in præsens usque tempus nouas aliquot & peregrinas & insignes Historias de nouo

P R A E F A T I O   A D   L E C T O R E M.


de nouo Orbe qui America nuncupatur, diuerso idiomate & suis iconibus artificiose apparatas, in lucem edidisse, utpote Virginiam, Floridam, Brasiliam, Peru, &c. quæ apud omnes sane & admirationem & gratiam meritam inuenierunt; id germani nos duo fratres ambo altius animo reputantes, patrisq; nostri iam decrepiti vestigia insistentes simile quiddam aggressumus, si qua parem cum eodem sortem experiri nobis datum foret, ob par studium, paremque industriad & impensam, quam in figuræ affabre factas facienda colloquaremus. At ne quis sibi persuadeat, hanc Historiam nobis primam & ultimam esse propositā, nouerit in id studia nostra incumbere, ut quatenus nobis D E V S Opt. Max. vitam elongauerit, non minore gratia, sed pari diligentia atque sumptu, qui non exiguis equidem in has operas requiritur, quas cunque alias etiam nouas & memorabiles Historias proferemus, idq; in commune patriæ nostra Germania, & ornamentum & emolumentum, nec sine singulari Lectoris commodo atque recreatiōne longe suauissima: Id ut Lector benevolus non esset nescius volentes cupiuimus, cui nos nostraq; benigniter commendata esse, studiose rogamus, maiora in dies, magisq; adornata profitentes.  
Datum Francofordij, Kl. Martij, Anno M. D. XCVIII.

Ioan. Theodorus, & Ioan. Israël  
de Bry, fratres, & ciues Fran-  
cofordienses.

NAVIGA-


RPJC





RPJCS

RPJC





RPJCB



# NAVIGATIO EX LUSITANIAE VLISIPIONA IN REGNUM AFRICÆ CONGO.

CAPUT PRIMUM.

**A**NNO CIRC 1578. Sebastiano Rege Lusitanæ in Africam belli Marociensis causa traiiciente, Eduardus Lopez Beneuentanus (distat hæc ciuitas 24 milliaria Italica Vlissipona, ac sita est ad ripam australem Tagi fluminis) mense Aprili, etiam nauem concedit nomine S. Antonij indigetam, quæ ad auunculum suum pertinebat, eratque omni genere mercium onerata, ut in portum Loanda, qui est in regno Africæ Congo, nauigaret, ac merces, quibus in Lusitania nauem onerauerat, ibidem distraheret. Comitata est eum patua nauicula, eius generis, quas Itali Patachias vocant, cui & lumen de nocte prætulit, ne à cursu, quem illa tenebat, deuiaret. Appulit in Insulam regis Lusitanæ Maderam, Vlissipona circiter 600 milliaria distantem, ubi per 15 dies moram traxit, ut nauem rebus necessariis & vino quod nobilissimum generosissimumque illa in Insula prouenit, ex eaque in omnes Europæ regiones, præcipue vero in Angliam auehitur, instrueret, rebus itaque necessariis instructus, soluit inde, ac præteruectus est omnes Canarias ad Castellanos pertinentes, portumque intravit insulæ cuiusdam Capitis seu promontorij viridis, nomine S. Antonij, ab eo tamen ita remotæ, ut eo cernere nequirent: ea relicta in alia eiusdem promontorij anchoras iecit, quæ à D. Iacobo nomen habet, ac reliquis imperitat: in qua episcopus commoratur, qui omnibus eius tractus Insulis præest, ac ius dicit: In hac quoque nauis recenti commeatu refecta. Superuacanum mihi hoc loco videtur numerum Canariarum, quarum multæ sunt, recensere, aut mentionem facere insularum promontorij viridis, historiamque & situm illarum in medium proferre, properanti ad descriptionem regni Congiani, & cum nauis illa solius commeatus causa in iisdem portum ceperit, nec desint aliæ relationes, historicasq; descriptiones, quibus cuncta sigillatim & diligenter, quæ de illis sciri possunt, recensentur. Dicam solummodo has insulas à Ptolomæo in tabulis suis Geographicis ponи pro occidentis initio, cum protótorio quod ipse cornu ultimum vocat, & insulis Macariis, quæ fortunatæ à nobis nominantur; quarum portus Lusitani in suis nauigationibus subeunt, inque eis variis cum mercibus mercaturam exercent, globulis nempe varij coloris, & aliis eius generis vilibus mercimoniis, istis gentibus mire gratis & acceptis, adhæc linteis hollandicis, pileis, cultellis, & pannis diuersorum colorum; in quorum commutacionem recipiunt seruos, ceram, mel, aliaque ad viatum necessaria; E regione harum insularum in continentisunt regiones & flumina Guineæ capitis seu promontorij viridis, & alpes immensæ altitudinis, magnæque celebritatis, quæ

A

Sierra

Sierra Liona à Lusitanis vocitantur. Ab Insula S. Iacobi verterunt proram versus Americam siue Brasiliam, ut ventum ea ratione à puppi habere possent, & se accommodarent tempestatibus, quæ iis in locis dominantur, tandemque optatum nauigationis cursum adipiscerentur. Duobus itineribus in Loandam

*Diversæ na-  
vigationes ad  
portum Lo-  
andanum.*

portum regni Congiani nauigatur: quarum alterum fit per littora Africæ, alterum per altum vastumque Oceanum suscipitur, Aquiloni qui iis mensibus spirat liberum in vela flatum permitendo, & vertendo proram versus austrum & africum, ac persequendo cursum usque ad bonæ spei promontorium, relinquentio à tergo regnum Angola, quia eo reuerti necesse est, & cum peruentum est ad altitudinem 27 aut 29 graduum poli antarcticiæ Äquinoctialem, solent nauigantibus alii venti, qui generales à nautis vocantur spirare, & dicuntur à Græcis Latinisque Etesij, quod certo anni tempore spirent. Cum itaque nauigatum fuerit cum Aquilone ad 29 gradus poli antarctici, mirabile quiddam nimium properantibus naucleris solet accidere, qui percipientes ventos quos diximus generales, vertunt protas, easque recto cursu dirigunt, versus regnum Angolanum, sed sèpissime falluntur, quod in medio plerunque cursu venti illi deficiant. Consultius ergo est altitudinem 29 vel circiter graduum adxquare, & expectare ventos satis fortes, qui flare deinde consueuerunt usque ad portum exoptatum: ubi hoc admirari satis non potest, Aquilonem continue flare usque ad 29 gradus ultra Äquinoctialem, ibidemque postea reperi alios ventos, qui fortiores intentioresq; prioribus eos dispellunt reiiciuntque, & hoc per sex menses in anno. Quem cursum cum nauis nostra S. Antonij teneret, incurrit in ea altitudine ventos prædictos, & versa prora & velis per Aquilonem & Cæciam direxerunt eam ad dextram versus regnum Congianum quo nauigare constituerant, & obliquando sinus velorum post 12 dics, totidemque noctes Insulam S. Helenæ attigerunt, quo insperato & casu peruererant. Insula ita vocatur, quod die ei sanctæ dicato qui in 3. Maij incidit, primū à Lusitanis inuenta detecta q; fait. Nō quidem magna est, ast summa admiratione dignissima, quoniam merito naturæ miraculum appellari potest, quod in vasto illo spacio loq; Oceano sola & parua supra furentes vndas impetuofosq; fluctus promineat & se extollat, securamq; stationem ac omnem recentis commeatus abundantiam laceras nauibus fessisq; peregrinantibus præbeat. Sylva huius Insulæ maxima ex parte constant ex illis arboribus, quarum trunci ad nosvehuntur, appellanturq; lignum Ebenum, siue Guaiacum, in iisq; videre est innumera eò appellentium incisa nomina, quorum literæ crescentibus arboribus, vna crescunt. Lignum istud à Medicorum filiis in magno habetur precio, cum ob alias vires, tum quod lui Venereq; quam morbum Neapolitanum aut Gallicum vulgo vocant, efficacissime & citissime medeatur. Terra sua sponte optimos quoq; fructus producit: vitis quinetiam affatim ibi prouenit, à Lusitanis primum inuecta plantataq; maximè circa facellum & domunculas in usum peregrinatium inibi leui opera construetas. Sunt ibidem etiam integri saltus maiorum aureorū seu aurantiorum, cedrorum, limoniorum, aliorumq; alterius generis pomorum, que per totum annum flores ferunt, & fructus. Similiter & magna mala punica quibus insunt grana maiuscula, coloris rubri, succo grato turgentia, flores, fructus maturi & immaturi reperiuntur in arboribus quovis anni tempore; ficus insuper fert eximiæ magnitudinis, affluentiq; copia. Abundant adhæc sylue omni ferina gene-

*Lignum Gua-  
iacum.*

*Vites.*

*Fruitum Ga-  
ri.*

*Carnes feri-  
na.*

te, venantur enim capreolas, & capras, qui cōmendantur in mēsis, apros etiam, & alia quadrupedia: ex volatilibus, perdices, attagenes, gallinagini siue rusticas, (ita à Martiale & Plinio vocantur, ab Aristotele scolopaces) columbas, omnisq; generis volatilia, tam magna quam parua: & cum quadrupediatum volatilia ita sunt mansueta, domesticaq; vt hominū præsentiam nō formident, aut fugiant,

fugiant, ignorantes periculum mortationis: quare indigenæ quotidie ea capientes sale condunt, quod in rupibus saxisque littoris marini à natura vndisque maris excauatis sponte coagulatur, ac diuendunt iis, qui commeatus gratia illorum portum subeunt. Terra huius insulæ trita non absimilis est cineri ad rubrum vergenti, sed pinguis, & supra quam dici potest, frugifera, ita vero molli, vt pedum vestigiis, sicut arena, cedat ac subsideat: arbores etiam ita sunt debiles & imbecilles, vt à viro facile rumpantur franganturque, quapropter & ad ædificandum sunt inutiles, quia superueniente pluia illico fructus enascuntur ex veteri, quod decidit, semine. Sponte sua gignit raphanos crassitudine humana tibiæ, grati saporis: germinant etiam ibidem caules, petroselinum, lactuca, *Legumina.* ciceras, phaseoli, pisa, etiam si non colatur terra vel legumina serantur: quia quæ matura in terram decidunt sine villa alia cultura radices agunt: & quæq; nauis, quæ ibi anchoras iacit, secum fert & plantat frugiferam aliquam plantam herbamve hortensem, quæ subito incrementum capit: & natura benigna largoque fœnore reddit fructus sinui suo commissos. Reperiuntur etiam riuuli aliquot, *Aqua.* qui potabili salubriquo aqua per diuersas insulæ partes fluitant, ad hæc tutissimæ ac securissimæ nauium stationes, vt portuum vicem adimpleant. Præcipue autem fertilis est locus qui plerunque à peregrinantibus frequentatur, vbi ante hæc tempora ædificarunt Ecclesiolas siue malis Sacellum dicere, in qua asseruant ornamenta altaris, & vestes sacerdotales, & alia ad sacrificium missæ necessaria: Et religiosi qui nauibus eò appellentibus vehuntur, sæpe in terram descendunt ad diuina officia celebranda. Domuncula etiam quædam ibi constructa est, quæ vt plurimum à Lusitanis habitatur, puta duobus, tribus, etiam uno solo ibi relictis, vel quia iactationem, malitiamque maris diutius nequievunt tolerare, vel ob delicta, vel qui sponte ibi domicilium fixerunt, vt vita solitaria & heremitica peccatorum pœnitentiam agerent. Mare vniuersum quo Insula alluitur, optimis quibusque piscibus ita abundat, vt vix cuiquam sit credibile, & qui pisces delectantur, nullo alio labore fatigantur quam hamum esca absconditum in mare proiicere, & dicto citius præda oneratum extraherere. Et quærenti mihi qua de causa Lusitani nunquam operam dederunt, vt Insulam contra pyratarum insultus munirent, ita commodam & opportunam nauigantibus, & quasi singulari D E I prouidentia eo loci positam, vt longa maris nausea debilitatis Lusitanis vires instauraret eosque reficeret (vt diffusus narrat Ludouicus Granatensis in explicatione symboli Apostolici, quam Hispanice conscripsit, & ego vulgari Italica lingua donau) responsum est: *Pisces & pluri-  
rum & opes-  
ms.* Quare non minatur Insula S. Hele- na.

A 2 tum

*Portus Loan-  
danus.*

tum remissius flantibus. Portus tutam nauibus præbet stationem, capaxque est multarum nauium, ac efficit eum insula eiusdem nominis, de qua postea dicemus. Duo dixi obseruari à nautis itinera ab insulis promontorij Viridis ad portum Loandanum. vnum iam declarauimus, quod cum antea non esset in usu, primum detectum & nauigatum fuit ab illa naue, qua Eduardus noster vehebatur, clauum gubernante Francisco Martinesio nauarcha regio, viro à tenebris Oceano illi assueto, primoque, qui illam viam tentare ausus fuit: Dicamus nunc de altero itinere, quod littora continentis Africani legendo conficitur. Ab Insula S. Iacobi petunt promontorium palmarum, vulgo Cabo de las palmas dictum, ab eo dirigunt cursum versus Insulam D. Thomæ, Æquinoctiali subiectam, & ita dictam, quod festo Apostolo illi dicato, reperta detectaque sit: distat à continenti 180 milliaribus, ac sita est è regione fluminis Gaban, portum habentis, qui sola Insula in ostio fluminis surgente, clauditur, aditumque paruis nauigiis & cymbis à Lusitanis, qui eadem quæ in Guineam mercimonia inuehunt, & recipiunt ebur, ceram, mel, oleum palmarum, seruosque Æthiopes. Prope Insulam S. Thomæ versus Septentrionem, est alia Insula quæ Principis dicitur, distans à continenti 105 milliaribus, eiusdem conditionis, iisdem rebus cum Insula S. Thomæ viuens, quamvis circuitus minoris. Insula D. Thomæ rotunda fere est, ac complectitur in longitudine 60 millaria, in circuitu vero 180, diuiniis abundat, multumque à mercatoribus frequentatur, & inuenta ac subiecta fuit Lusitanis eo tempore cum suas in Indianam nauigationes primum inchoarent. Complures habet portus, præcipuas autem, & in quem plerunque nautæ se conferunt adiacet vrbi. Gignit etiam saccharum copiosissime, præbetq; abunde omnia ad viatum humanum necessaria. In ipsa vrbe exædificata ecclesiæ aliquot, in qua etiam Episcopus cù suis clericis & suffraganeo commoratur. Arcem etiam habet cum præsidio, tum tormentis maioribus, quibus portus defenditur, munitam. Mirum autem est dictu, quod saccharum, antequam Lusitani eò venirent, Insula non produxit, sed inuestum plantatumque fuit à Lusitanis, vna cum zinzibere, vbique maxima copia radices egit: terra est per se plantatur, & humida valdeque opportuna ad illam arundinem nutriendam, quæ sine villa crescit affum.

*Saccharum à Lusitanis plantatur, & crescit affum.*

*Vnde Saccharum à Lusitanis plantatur, & crescit affum.*

Matutino tempore, vt pluuiia decidit, & terram humectat. Sunt in Insula pli quam 70 domunculæ sive tuguria in quibus saccharum conficitur & præparatur, & quodque tugurium multas domos sibi habet adiunctas, vt pagum referant, in quibus circa 300 commorantur, qui præparando saccharo incumbant, quo singulis annis 40 naues onerantur. Verum autem est, vermes, ante hoc tempus, quasi pestem & contagionem quādam, radices arundinū ita præmordisse, & prouentum sacchari imminuisse, vt de 40 nauibus vix quinque, sexvix iam onerari possint, eaque de causa saccharum ita care in hisce regionibus diuenditur. Commercium habent incolæ ac mercaturam exercent cum populis continentis, qui ad ostia fluminum eius rei gratia se conferunt. Horum autem ostiorum quinque sunt numero. Primum, quod quinque gradibus versus nostrum polum eleuatum sortitum est nomen à Ferdinando Poo, qui inuenit eam; eiusdem nominis Insula è regione, 36 vel circiter milliaribus distante à continenti. Secundum nominatur Bora. Tertium, flumen del campo. Quartum, flumen S. Benediti. Quintum, flumen Angræ, quod in ipso introitu Insulam aliam facit Corisco dictam, cuius incolæ quoq; cum supradictis eodemq; modo commercium habent. Sed redeundum ad nauigationem nostram. Vela igitur facientes ab Insula S. Thomæ versus Meridiem deteximus promotorium Lupi Gonzalæ quoad altitudinem uno gradu ab altera Æquinoctialis parte versus Antarcticum polum eleuatum, 105 milliaribus à prædicta Insula distans. Et hinc

*Via altera  
iuxta Africam  
eras.*

*Insula D.  
Thomæ.*

## R E G N I C O N G I A N I .

hinc ventum è continentis capientes, semper legimus oram, stationem singulis diebus facientes in locis ab omni tempestate securis, aut iuxta promontoria aut in aliquo portu, donec peruenimus ad fauces maximi totius regni Congo fluminis Zaire incolarum idioma dicti: & hinc ad portum Loanda circa 108 milliaria distantem. Ethæ sunt duæ illæ nauigationes, quæ hodierno die sunt in usu, quarum prior paucis ab hinc annis primum detecta & frequentata est. Restat nunc ut de Congo, eius situ, aliisque eius proprietatibus pertexamus historiam.

*De temperamento aeris. De frigore & calore. De incolarum  
colore, statura & forma. De ventis,  
pluviis & nivibus.*

### C A P V T I I .

**V**IBILICVS totius regni Congo in quo Metropolis eodem Situs regni Congians. nomine sita est, distat ab Äquinoctiali versus polum Antarticum  $\frac{7}{4}$  gradibus: atque in illo ipso est tractu quem veteres nescio quibus decepti rationibus, inhabitabilem existimauerunt, & Zonam torridam, id est, cingulum terræ Sole ambustum nominarunt: sed inuitis, ut apparel, fatis: & contrarium statuente ipsa experientia. Tractus enim amoenissimus, aere ultra fidem potius quam modum temperato. Brumæ tempore Temperatura. nullum frigus, quod nostrum autumnum excedat, verentur, ita ut neque materia pellicea, neque aliis vestibus ad arcendum frigus, ut neque igne ad calefaciendum multum indigeant: paruo existente discrimine inter hyemem & aestatem, nisi quod hyeme propter continuas pluuias aëris paulo frigidior; calore cæterum, cessantibus iisdem, tam hyeme quam aestate, præcipue duabus horis ante & post meridiem fere intolerabili.

Homines, tam viri quam mulieres, nigri omnes, alij tamen aliis nigriores. Color incolarum. Pilos in capite nigros & crisplos, quidam etiam rufos. Statura virorum media est, magnitudine, ut & colore, Lusitanis non admodum absimiles. Pupillæ oculorum aliis nigricantes, aliis tendunt ad colorem viridem, in modum aquæ mariæ. Labia non admodum crassa, ut aliorum Äthiopum, sed omnia lineamenta faciei nostris similia, ita ut tam apud ipsos quam apud nos inueniantur formosi, in quo maxime à reliquis Äthiopibus differunt, præcipue à Nubianis & Guineanis, qui omnes sunt deformes. Perpetuum ferè apud ipsos est Äquinoctium, ita ut toto anno non maior quam quadrantis horæ reperiatur differentia. Incipit ipsis hyems, cum nostro vere, Sole signa Septentrionalia ingrediente. Ästas vero cum apud nos hyems incipit, Sole nimirum signa australia ingresso. Hyeme totis ferè quinque mensibus pluuias habent continuas, Aprili nimirum, Maio, Iunio, Iulio & Augusto, ita ut perpauci dies sint sereni, aqua decidente copiosa, & guttis ad miraculum magnis, quas tamen terra ante continuo calore exsiccata, in principio omnes imbibit, ea vero repleta, fluuij mirum in modum concreti, vndique se effundunt, terramque ita rigant, ut tota ferre aestate qua ne semel quidem pluit, nulla humectatione indigeant.

Venti, qui hoc tempore regionem perflant, sunt illi ipsi quos Cæsar Græco nomine Ethesios dixit, qui omnes nubes ab Aquilone versus Occidentem agunt. Vnde nubes ibi ad altissimos montes collectæ, & ipsis quasi incumbentes, tandem resoluuntur. Vnde cum primum nubes se in altis illis montibus siste videant, pluuiam indubitato expectant incolæ, & omnia ad recipiendam

eam necessaria præparant. Et hinc oritur illa augmentatio fluuiorum Æthiopiarum, & præcipue Nili & aliorum qui se in Oceanum Orientalem exonerant: & aliorum quoque qui versus Occidentem fluunt. Et cum pluuiæ singulis annis & statuto tempore ita decidunt, non mira est incolis hæc præscriptio suo tempore fluuiorū inundatio. Exteris vero, & præcipue Ægyptiis apud quos (exceptis Alexandrinis cum suis cōterminis) toto fere anno nunquam aut perrarò pluit, oppidò mirum videtur, aquas turbidas stato tempore, à locis tamen longè remotis, ad se tanto non cum impetu, sed solatio ad rigandam suam terram defluere. Vnde multæ variæque apud veteres exortæ sunt fabulæ, & eò tandem peruenient dementiæ ut Nilo sacrificarint, indito nomine teste Ptolomæo lib. 4. *ἀλεξανδρεῖον*. Imo hodierno adhuc die, mirantur Christiani, & singularem D E I notant prouidentiam, quod sine turbidis illis aquis pereundum ipsis esse fame, & omnibus facultatibus & vita ipsa, ex ista Nili inundatione dependentibus.

In causa itaque sunt Ethesij, qui cuim apud nos æstate, apud ipsis vero hyeme spirant, nubes ad montes illos colligunt: vnde etiam fit, quod hyems (vt dictum est) non admodum apud ipsis sit frigida, aqua & à ventis & à calida aëris temperie teporem aliquem acquirente. Et hæc paucis de Nilo aliorumque fluuiorum incremento, de quibus veteres tam multa sunt & commentati & commenti.

*Vnde hoc aë.* Ipsorum vero æstate, quæ nobis est hyems, spirant venti Ethesii ex diametro contrarij, qui frigidissimi cum sint, intensum harum regionum calorem moderant, ab ipsis nubes & pluuias depellunt, easque ad has regiones perdunt, idque naturali quadam vi & dispositione cœli: imo per summam D E I prouidentiæ, qui ita ordinavit & cœlum, & Solem & omnes planetas, vt omnes terræ partes eius sentiant efficaciam, in lumine, in calore, frigore, & aliis rebus ad sustentationem & hominum & aliorum animalium necessariis, pro cuiusque proportione & situ. Et certo certius est de nostris Congianis, & aliis circumiacentibus, quod nisi antarcticis ventibus iuuentur, calorem nullo modo tolerare posse. Idem quoque solatium habent Cretenes, qui insulas maris Ægæi incolunt, Cyprij qui Asiam minorem, Soriām & Ægyptum incolunt, quibusque venti quamvis nobis infestissimi, vere ζωγόοι sunt.

*Nulla neque nix neque glacies.* Notandum quoque est, quod in his & circumiacentibus regionibus, nulla vñquam, neque in ipsis montium cacuminibus conspicatur nix, nisi in quibusdam, longè tamen ab hoc regno Congo de quo nunc agimus, remotis versus promontorium bonæ spei, qui à Lusitanis Sierra neuada, id est, montes niuei propter raritatem dicuntur: vt neque glacies, neque nix reperiatur, imo si horum alterum aliquando habere possent incolæ, auro ad miscendum vel refrigerandum pocula, quæ calida ferè semper sunt, præferrent. Vnde etiam apparet, non ex liquefactione niuum, vt quidam & sibi & aliis persuaserunt augeri Nilum, sed vt diximus solum ex continua & fere semestribus pluuiis, quæ aliquando citius, aliquando verò tardius decidunt, & Ægypto aliisque regionibus eodem modo desideratas aquas mitunt.

De

*Defiliis Lusitanorum in hoc Regno ex fœminis Congianis suscep-  
tis, num albi sint an nigri, an ut Hispani vocant: inulati.*

## C A P V T I I I.



XISTIMARVNT quidem veteres, nigredinem Æthiopum prouenire à nimio Solis calore; quod etiam ipsa experientia comprobare videtur: apparent enim, versus meridiem vbi Sol est calidissimus, homines multo esse nigriores, quam versus septentrionem, vbi temperatus est. Videntur tamen hallucinari. Certum enim est, quod etiam sub *Lusitanorum filij quamvis in hoc tractu nati, imo ex indigenis mulieribus suscep- pti, albi sunt.* Æquinoctiali, vt in regno Melinda, Monbaza, homines ferè albi nascantur. Et in Insula S. Thomæ, quæ primum à Lusitanis habitari cœpta est (deserta enim prorsus antea fuit,) non impedit calor, quo minus ipsorum filij usque ad centesimum iam annum albi sint & maneant: cum Sol ibi æquè, ac in aliis insulis Æthiopicis sit calidus: vt etiam filii ipsorum in regno Congiano ex indigenis mulieribus suscepiti, patres magis, albi cum sint, quam matres colore referunt. Vnde Dominus Eduardus Lopez eam concepit opinionem, nigredinem scilicet horum hominum, non à calore Solis, sed à spermatis natura proficiisci: cui etiam astipulari videtur Ptolomæus, qui in descriptione interioris Lybiæ alborum Æthiopum seu λευκοτίπων facit mentionem, vt & alio in loco alborum Elephantorum, quos in eadem Lybia repeririait.

*De magnitudine regni Congo, & eius confiniis.*

## C A P V T I I I I.



EGNV M Congus secundum quatuor mundi plagas in quatuor quoque partes diuiditur, in Occidentalem quæ à mari alluitur, in Septentrionalem, in Orientalem, & Meridionalem. Et de Occidentalí primū dicamus. Sita autem est à parte maritima iuxta lacum qui à multitudine vaccarum in eius littore pascentium nomen adeptus est: Et tredecim gradibus versus polum Antarcticum eleuatus usque ad  $5^{\circ}$  gradus versus Æquinoctiale extenditur, ita vt 630 milliaria Italica comprehendat. Habet hic lacus portum, non magnum quidem, securum tamen, qui maximas etiam naues capiat. terra circumiacens plana, & omnibus ad viētum necessariis referta. Metalla, & præcipue argentum, quod magna copia venum exponitur. Subest vero regis Angolæ imperio. Paulo interius appetet fluuius Bnglebi dictus, cui cū suis littoribus dominatur quidam regis Angolæ vasallus, *Bnglebi fl.* terra quoque, vt prædictum locum ambiens, plana & fertilis. Hinc peruenit ad fluuium aliū, qui à Lusitanis Senga dictus est, & magnis nauibus ad 25 miliaria nauigabilis: cæterum amœnitate & vertute præcedenti fere similis. Hanc sequitur fluuius Goanza, originem trahens ex paruo quodam lacu, qui quoque à magno illo ex quo Nilus oritur, de quo postea dicetur, fit. Fluuij autem Goanza faux quæ lacum prædictum excipit, in latitudine duo comprehendit milliaria, absque portu tamen, vnde non nauibus, sed scaphis tantum ad centum usque milliaria nauigabilis est. Ethi fluuij omnes cum suis littoribus quondam Regi Congiano paruerunt: nunc vero alij subsunt domino, qui ante paucos annos, cum regis Congiani in iis vt vasallus vices ageret, dominium arripuit, *Goanza fl.* sequue

## DESCRIPTIO

sequē amicum regis, non vasallum dici vult: mittit tamen aliquando donaria  
<sup>Loanda Por-</sup>  
 tributi loco. Paulo ulterius situs est Portus cui nomen Loanda, continens in la-  
 titudine 10 gradus integros, sitq; vt prius diximus, ab Insula quadam, cui idem  
 nomen; cum & tota plana absque vllis sit montibus. Loanda, id est, planities di-  
<sup>Vnde oriatur</sup>  
<sup>Insula Loan-</sup>  
<sup>da.</sup>  
<sup>squa dulcis</sup>  
<sup>quasi ex ma-</sup>  
<sup>ri.</sup>  
<sup>Fodina Snde</sup>  
<sup>pecuniam</sup>  
<sup>nam extra-</sup>  
<sup>urus.</sup>  
<sup>Cochlea pecu-</sup>  
<sup>nia locum ob-</sup>  
<sup>tinent.</sup>  
<sup>Civitas pre-</sup>  
<sup>cipua</sup>  
<sup>Anamalia.</sup>  
<sup>Enzanda ar-</sup>  
<sup>bor miracu-</sup>  
<sup>losa.</sup>  
<sup>Ratibus Lo-</sup>  
<sup>anda usq; suis</sup>  
<sup>nauigatione-</sup>  
<sup>bis vniuntur.</sup>  
<sup>Arbores sub</sup>  
<sup>ipsa aqua.</sup>
 sequē amicum regis, non vasallum dici vult: mittit tamen aliquando donaria  
 tributi loco. Paulo ulterius situs est Portus cui nomen Loanda, continens in la-  
 titudine 10 gradus integros, sitq; vt prius diximus, ab Insula quadam, cui idem  
 nomen; cum & tota plana absque vllis sit montibus. Loanda, id est, planities di-  
 vta est. Constat vero ex limo & arenis, quas ab vna parte fluuius Coanza, ab al-  
 tera mare congerunt. Longa est 20 miliaribus, lata vno tantum, in quibusdam  
 minus, imo usque saltem ad teli iactum: atque ita depressa, vt vix, vel parum ad-  
 modum se ē mari erigat. Vnde quoque mirum dicitu, quod si fossam duos vel  
 tres palmas profundam agas, aquam dulcem & saluberrimam, ex ipso quasi ma-  
 ri haurire magna copia possis: & quod magis est, quod non nisi pleno fluetu ma-  
 ris dulcis est. defluente enim mari amaro quodam gustu & falsagine corrumpi-  
 tur. Quod teste Strabone fit etiam in Insula Cadis propè Hispaniam sita. Hęc  
 insula est ipsa fodina ex qua rex Congianus sua (vt ita dicam) metalla extrahit,  
 & sibi & vicinis populis auro & argento preciosiora. Mulieres enim quædam ad  
 hoc conductæ, mare aliquantulum ingressæ, corbes arenis replent, quibus co-  
 chleas paruas & utriusque sexus mixtas reperiunt, abluant, separant, fœmellæ  
 enim masculis sunt preciosiores, quia lucidiores, & visui iucundiores, & ita in  
 Regium thesaurum condunt. Et tales cochleæ quamuis in omnibus huius re-  
 gnū littoribus reperiantur, nō tamē aliæ præter has solas, quæ colore, qui cine-  
 ricius est, saltē ab aliis differunt, sunt in precio; vnde maximus regis census. Nul-  
 lo enim argento, neque auro, neque alio quopiam metallo siue signato, siue  
 non signato, sed solis hisce cochleis in suis mercimoniis, imo in omnibus vitæ  
 necessariis emendis utuntur, ita ut ipsum etiam aurum & argentum his ematur.  
 Septem in hac insula sunt ciuitates, ab incolis Libata dictæ, quarum præcipua  
 ad S. Spiritum nominatur à Lusitanis, in qua prætor Regius ius dicit, & pro-  
 uentum ex cochleis, vt diximus, uberrimum colligit. Inueniuntur quoque in  
 hac Insula, quamuis parua, magni hircorum, caprarum, ouium & aprorum gre-  
 ges, qui non admodum etiam feri in siluis se sustentant. Arbor quoque mi-  
 raculosa, ab incolis Enzanda dicta hic reperitur in siluis, quæ cum ad egregiam  
 proceritatem semper comata & viridis ex crescere, capillamenta quædam à ra-  
 mis suis deorsum mittit, quæ terram ingressa, nouas radices acquirunt, & ita  
 quoque ad suam magnitudinem perueniunt, & nouum quasi matri vnde prius  
 effluxerunt truncum, cum nouis quoque ramis præbent: ita ut vna huius gene-  
 ris arbor, nouum subinde acquirens truncum, qui superius tamen cum priore  
 arbore semper est coniunctus. progressu temporis totam siluam faciat, imo to-  
 tam regionem impletura, nisi impediatur. Cortex interior vestimenta incolis  
 præbet: linum enim iam textum referens, magna cura detrahitur, præparatur  
 & ad eum usum reseruatur. Utuntur ad nauigationes suas incole ratibus ex  
 truncis palmarum consutis, quas ut naues prora, puppi & velis ornant, remis  
 quoque agunt, quas tam dextræ & confidenter regunt, ut non modo pisces  
 fluuios, sed altum etiam mare, usque ad continentem tentare ad querendum  
 viatum audeant. In parte Insulæ continentí opposita nascuntur in locis humilioribus sub aqua arbores, post defluxum maris conspicuæ, quarum radicibus  
 magnæ adhærent ostreæ carne pugnum humanum & ouilem æquante, sapore  
 iucundo, ab incolis Ambiziamatare, hoc est, pisces petrei dictæ, è quarum con-  
 chis quoque duplē habent prouentum; ex interiore enim parte calcem  
 conficiunt præstantissimam qua in suis utuntur ædificiis. Exteriore vero, quæ  
 cortici arboris ab ipsis Mangla dictæ, non multum absimilis, utuntur ad præpa-  
 randacoria bouina, è quibus calceorū solea conficiunt. Cæterum neq; frumen-  
 tum neq; vinum producit, prædictæ solum cochleæ ipsis sufficiunt, quæ vndiq;  
 mercatores cum omnibus ad viatum necessariis, propter egregium inde pro-  
 ueniens

ueniens lucrum alliciunt. Ut enim aliis in regionibus, omnia signatis metallis, ita in his omnia conchis prostant & comparantur. Et fit hoc, (nimurum quod non metallis, sed aliis rebus mercatura exerceatur) non solum in hoc regno Congiano, sed in aliis quoque: imo per totam ferè Aethiopiam, Africam, in regno China & aliis Indiæ tractibus fuit & est hodierno adhuc die in vsu. In Aethiopia olim omnia comparabantur pipere, quod moneta locum ipsis obtinebat. In regno Tombutto quod fluui Nigrit vel Senega adiacet, conchis promoneta hodie adhuc vtuntur. In territorio Azanaghi porcellos (conchæ genus est) habent, qui non solum ibi, sed etiam in regnis Bengala & China, pro pecunia sunt in vsu. In quibusdam etiam locis charta regio sigillo signata, vt & cortex arbóris Gelsomoro ab incolis dicta, pecunia est. Atque hinc verissimum appareat illud, mundum non nisi opinionibus regi, cum metalla præcipue aurum & argentum, non tam sint vbique pretiosa, quam in Europa, in qua sæpe etiam ipse honor, imò ipsa animæ salus, ipsis posthabetur. Insula ab vna parte non longè à continenti propter freti angustiæ est dissipata, ita vt incolæ nando ad continentem aliquando peruenire possint; & hic multi eleuantur colles qui vna cum arboribus in quorum radicibus ostreæ supradictæ inueniuntur, defluente soltem mari apparent, aliæ aquis tecti. Ab altera parte versus mare, semper conspiciuntur balenæ nigræ, magno numero & horribili (propter magnitudinem quæ mediocrem nauim æquat) tragore configentes, ita etiam vt numerosæ ad littus Insulæ mortuæ eiificantur, quas incolæ extrahunt, & oleum inde conficiunt ad scaphas & rates suas, picis loco perungendas accommodatum Nulla tamen ibi reperitur ambra vel succinum. Vnde dominus Eduardus eam concepit opinionem communis omnium contrariam, non prouenire à balenis vel earum spermate, eò quod in toto hoc tractu, vbi magna tamen balenarum est copia, neque album, neque nigrum, neque cinereum reperitur.

Præcipuus huius Insulæ portus est versus Septentrionem, latus dimidium milliare, & insignis profunditatis: & habet è régione in continenti ciuitatem quidem celebrem, sed nondum munitam, quam Lusitani cum vxoribus ex patria auctis habitant, sub Diu Pauli cuius nomini dicata est tutela. Tota ora pisibus referta est, & præcipue sardis vsque adeo abundat, vt hyemis tempore totum fere littus ex aquis exslientes compleant. Cancri quoque marini miræ ibi sunt magnitudinis, inq' tanta abundantia, vt plurima incolarum pars ex iis viuat. Versus hunc portum à continenti defluit Begnus fluuius, egregiæ quo- que magnitudinis, ita vt ad 25 millaria magnis nauibus sit perius, qui vna cum Coanza fl. Insulam Loanda, vt diximus, facit. Non longè ab hoc magnus alius, magnarumque nauium capax est fluuius, cui Dande nomen est. Post hunc alias, est Lemba dictus, qui cum portum non habeat, nauigationi, quoad magnas naues, est inutilis. Ulterius paulò apparat alius, Ozoni dictus, qui ex eodem cum Nilo oritur Lacu, mediocri quoque portu ornatus. Huic alius est vicinus, Loze dictus, sed absque portu: hinc alius dictus Ambriz, qui à Metropoli Regni se ad sedecim extendit milliaria. Hunc sequitur Lelunda, qui radices montium in quibus metropolis sita est præterlabitur. Hic ex eadem cum Coanza oritur lacu, sed longiore fluit tractu, vnde etiam æstate cessantibus pluviis, vadis vbi- que transiti potest. Tandem peruenitur ad Zaire; qui vt latissimus, ita & maximus totius regni est fluuius. Oritur autem ex tribus diuersis lacubus; primum enim venam quasi habet ex eodem cum Nilo, post ex prædicto cum Lelunda & Coanza: tertio ex lacu quodam quem facit Nilus. Quæ principia parua sanè sunt, si fluminis magnitudinem respicias: ostium enim eius 28 millaria latum est, fluctus tam vehemens, vt aquam dulcem vsque 40 vel 50 millaria in mare protrudat, imo aliquando ad 80. quam nautæ à colore cognitam in ipso mari dulcem

Balenarum  
multitud.

Sardi & can.  
crimatis.

Begnus fl.

Ozoni fl.

Loze fl.

Ambriz fl.

Lelunda fl.

*Casharalla.*

dulcem excipiunt, & ad suos usus referuant. Magnis quoque nauibus est peruius, usque ad 25 mill. ubi ex magnis altisq; scopulis à Lusitanis Cachiueria dictis, tanto cū impetu & fragore decidit, ut ad octo usque millaria exaudiatur. Et huius casus violentia, qua non solum arenas, sed magnos quoque raptat lapides, multæ hincinde constituuntur insulæ, bene cultæ & habitatae, quarum reguli regi Congiano subsunt: inter se multo tamen discordes, vnde multa hic visuntur prælia naualia. In quibus utuntur scaphis tantum magnis & informibus, ex uno ligno constantibus: & maximæ ex trunko cauato arboris Licondo, quæ tantæ

*Insula in Zairo fl.*

est magnitudinis, ut sex viri expansis brachiis vix eam possint circumdare, constant, & tantæ sunt magnitudinis ut ducentos viros cum armis & remis, quos absq; septis & cancellis manu solù vibrant, capere possint: in harum insularum præcipua, quæ tamen minima est, ab hyppopotamis, qui ibi magno numero inueniuntur, equorum Insula dicta, pagus est à Lusitanis habitatus, qui itidem ut alij incolæ scaphis istis utuntur, & in hætore Meridionali continentis, ubi portus

*Magna sca-  
phæ ex vno li-  
gno.*

Pindanus, in quo omnes naues quæ ad eas oras frequentant, stationem faciunt, sua exercent cum nouis aduenis magno cum lucro commercia. Varia quoque in hoc fluvio reperiuntur animalia, nempe Crocodili incredibilis magnitudinis, Caiman ab incolis dicti, Hyppopotami, de quibus mentionem fecimus, cum alio adhuc pisce, qui membra duo habet, manus humanas referentia, & caudam

*Animalia  
que in Zairo  
reperiuntur.  
Crocodili.*

clypei & forma & magnitudine. Vocatur hic ab incolis Ambize angulo, id est,

*Hippopota-  
mi.*

Ambize angulo pisces. Porcus aquatilis, propter pinguedinem qua porcum refert. Caro quæ ab incolis fumo induratur, & ad lauitias referuatur, & gustu & odore grato: aqua dulcem non relinquit. Pabulum eius est gramen & omnis generis herba in littore enata. Ore boue refert. tantæ interdum est magnitudinis ut quingentas libras pondere eleuet. Capitur à pescatoribus non ut pisces, sed ferè ut bos. obseruato enim diligenter loco ubi pasci solet, scaphis suis expectat, & aduenientem contis aut remis occidunt: occisum ad aulam regiam deferunt, aliter enim capitali proposita poena, ut alij pisces qui hinc regij dicuntur, nempe trutis & caongo pisces singulari, salmonem figura (sed colore diuerso, caro enim ea est alba) reterente, & tam pingui ut prunas superimpositas extinguat: vendi non possunt: vnde diligenter, ne impunitas audaciores reddat, obseruantur ab aulicis, & deprehensi, absque ulla remissione plectuntur. multa alia genera piscium in hoc capiuntur fluvio, quos, ne tædio sim lectori, prætermitto, contentus præcipuos saltem descripsi.

*Ambize an-**gulo pisces.*

Præter hos dictos fluuios & lacus est in hoc regno quidam, qui propter multitudinem scapharum, & commoditatem eas faciendi, siluis enim vndique circundatus est, à Lusitanis la baia de las Almadias, hoc est, lacus scapharum dictus est: in cuius ostio tres sunt insulæ, quarum una, quæ mediocris est, mediocri quoque portu adornata, tam à peregrinis, quam incolis frequentatur: reliquæ duæ paruae & incultæ sunt. Non longe ab hoc lacu versus Septentrionem, alius est fluuius, qui propter colorem, rubros enim scopulos præterlabitur, & rubras voluit arenas, à Lusitanis rio de las boreras roxas, fluuius arenarum rubrarum dictus est. Paulò ulterius adhuc sunt duo lacus, coniuncti & rotundi, ita ut perspicillū referant, in quos mare illabitur, eosq; insigni portu ornat. Nomen fortiti sunt ab Aluaro Gonzales qui primus inter Lusitanos eos detexit. Sunt præterea multi montes & fluuij & lacus, quos omnes describere, non est operæ pretium, usque ad promontorium D. Catharinæ iuxta plagam Occidentalem, à linea Äquinoctiali sesqui gradu, hoc est, 150 milliaribus Italicis distans.

*Baia de las  
Almadias.*

Præter hos dictos fluuios & lacus est in hoc regno quidam, qui propter multitudinem scapharum, & commoditatem eas faciendi, siluis enim vndique circundatus est, à Lusitanis la baia de las Almadias, hoc est, lacus scapharum dictus est: in cuius ostio tres sunt insulæ, quarum una, quæ mediocris est, mediocri quoque portu adornata, tam à peregrinis, quam incolis frequentatur: reliquæ duæ paruae & incultæ sunt. Non longe ab hoc lacu versus Septentrionem, alius est fluuius, qui propter colorem, rubros enim scopulos præterlabitur, & rubras voluit arenas, à Lusitanis rio de las boreras roxas, fluuius arenarum rubrarum dictus est. Paulò ulterius adhuc sunt duo lacus, coniuncti & rotundi, ita ut perspicillū referant, in quos mare illabitur, eosq; insigni portu ornat. Nomen fortiti sunt ab Aluaro Gonzales qui primus inter Lusitanos eos detexit. Sunt præterea multi montes & fluuij & lacus, quos omnes describere, non est operæ pretium, usque ad promontorium D. Catharinæ iuxta plagam Occidentalem, à linea Äquinoctiali sesqui gradu, hoc est, 150 milliaribus Italicis distans.

*Rio de las  
boreras ro-  
xes.*

## De parte Septentrionali &amp; eius limitibus.

## C A P V T V.

**E**c à promontorio S. Catharinæ incipiens, extendit se versus Orientem vsque ad fluuiorum Vmbæ & Zairi confluentes, latitudinem ultra sexcenta millaria comprehendens: in cuius confiniis versus Septentrionem, ut sub linea Äquinoctiali versus Oceanum Äthiopicum, vsque ad promontorium Lupi Gonzalues, habitant populi qui olim quidem Bramas, nunc vero à regno Loanga nomen habent, vnde & Loangana  
gnum.  
*Incola cir-*  
*cumciduntur*  
*tur.*

Ipiorum rex Maniloango dicitur. Habet hæc regio multos elephantes, vnde & ebore abundat, quod incolæ cum ferro permuntant, ex quo cultros, bipennes, & sagittarum mucrones conficiunt. Linea quoque tela, de qua alio loco huius relationis dicemus, non tamen ex lino, sed è palmæ foliis magna copia hic texitur. Reges eius, qui olim vasalli Regis Congiani videntur fuisse, Regis se amicos nominant. Incolæ, vt & cæteri ferè omnes huius plagæ habitatores, Iudæorum more circumciduntur: cæterum tam bello quam pace, vt & statura, colore & complexione Congianis similes. Armatura est magnus clypeus, qui totum ferè tegit hominem, quem è magnis durisque coriis animalium Empachas diætorum, Germaniæ Bubulis haud absimilium, consuunt. Gladij ipsorum & tela, lato sunt munita ferro, venabuli in modum; in medio teli manubrium est, vnde non solum dextre collimare, sed & quidvis ferè penetrare possunt. Pugiones quoque gestant hastarum ferro similes. Ulterius habitant alij populi Anziques dicti, incredibilis feritatis, se inuicem enim deuorant ita, vt ne amicis & propinquis quidem parcatur, quorum postea describemus historiam. Regnum autem hoc versus Occidentem se extendit vsque ad Amboas populos, & versus Septentrionem vsque ad Africæ & Nubiæ deserta; versus Orientem vsque ad lacum, ex quo Zairus fluuius oriens Anzicanam regionem à regno Congiano insulis repletus, partim etiam ab Anzicanis habitatis, quarum incolæ cum Congianis commercantur, diuidit. In regno Anzicano multæ sunt fodinæ. Crescit quoque ibi Lignum Santalum rubrum, quod ab incolis Tauilla, & Santalima-  
gnacopis.  
*Regnum An-*  
*zicanum.*

Album quod optimum Chicongo dicitur: & hoc in puluerem redacto, cū oleo palmarum mixto, totum corpus ad tuendam valetudinem & bonam constitutionem perungunt. Lusitani vero cum aceto mixtum emplastri modo pulsibus venarum, ad scabiem gallicam sanandam imponunt. Autumant quidam esse hoc lignum Aquile quod ex Indiis ad nos defertur, vnde quoque dominus Edwardus affirmat, se eius aliquod vidisse testimonium, nimirum quod Lusitanus quidam dolorem capitum quo diu laborarat, suffitu puluere eius prunis impo-  
sito, fugârit. optimum autem est id quod interius ipsi medullæ arboris adnatum, exterius vero nullius pretij, quia nullo vsui accommodum. Iticolæ proprium habent regem, cui etiam multi alij reguli vel satrapæ subsunt: bellicos & cordati admodum, arma ipsis alia quam quæ supra descripsimus. Arcus enim ipsorum parui, & lignei versicoloribus serpentium eximiis, tam affabre ut cum ligno ipso videantur natæ circundati sunt: hanc præter ornatum iucundum visui, inde etiam utilitatem capientes, quod arcus reddantur fortiores, ipsum lignum à tineis & vermis tempore cōseruetur, & absque omni molestia & detimento tractari posint. Nervos ipsa natura ministrat: nascitur enim apud ipsis, vt & in regno Bongala ad Gangem fluuium, arundo, vel potius scirpi genus, punicei coloris, & mollis, quam parumper contortam arcui pro nero, adaptant: sagittæ, breues & graciles, sed è duro ligno confectæ, quas vna

## DESCRIP T I O

cum arcu vna semper manu gerunt, & tantæ in iis emittendis celeritatis, vt (teste Eduardo qui se vidisse affirmat) quanuis viginti numero in manu habeant, omnes tamen ordine emitant, antequam prima in terram decidat: imò tantæ sunt dexteritatis, vt aues in pleno volatu transfigere cum velint, possint. Habent quoque secures, quibus ferrum manubrio, cui æreis laminis alligatum est, anguinis quoque pellibus circundato, duplo longius est. Ferrum ipsum perpolitissimum duo habet capita: ab altera enim parte latum in hemicicum deductum, ab altera mallei in modum obtusum, quo dexteritatem quoque in præliis utuntur, non tantum ad lædendum aduersarium, sed etiam ad se contra eius sagittas muniendum, lata enim eius parte omnes aduersarij sagittas excipiunt, & elidunt, ita vt eis sit & gladij & clypei loco. Paruos quoque habent pugiones, quorum vaginæ ex prædictorum serpentium pellibus conficiuntur. Baltheos gerunt, vt ex variis materiis, ita etiam formis variantes, præcipui tamen quos milites gerunt ex pellibus elephantinis tres digitos lati fiunt: & hi cum duos vel amplius digitos sint crassi, ignis adiumento redduntur rotundi, & sic aliis loris corpori cinguntur. Homines sunt ut agiles, ita etiam omnium periculorum contemptores: montes & rupes ut capræ aut damæ persaliunt, vitam fere facientes nihili. Cæterum simplices & integri, vnde etiam plurimum ipsis à Lusitanis creditur. Non tamen (teste Eduardo) multum cum ipsis propter feritatem & in sua agilitate confidentiam, habetur commercij, nisi cum Congianis aut seruos, vel ex se, vel ex Nubianis cōterminis, aut linum aut ebur adferunt, sale aut aliis rebus, aut etiam cochleis Loandanis, quæ & ipsis pecunia loco sunt, aut aliis ex insula S. Thomæ allatis, quibus se exornant. Serico quoque panno, cultris, vitris, & eiusmodi Lusitanicis mercibus, permutantes. Non solum circumciduntur ut reliqui vicini populi, sed etiam tam viri quam mulieres cuiuscunque ordinis cicatricibus sibi ipsis in iuuentute cultris factis totam exornant faciem. Macella ipsorum, loco bovinum, ouium, aliorumve animalium, humanis carnibus sunt referta. Hostes enim quos prælio capiunt, ad epulas maestant. Seruos etiam nisi satis in iis altiori pretio vendendis lucrari queant, saginatos maestant, & vorant: & quod magis est, sunt qui vitæ tædio, aut gloriæ cupiditate, (magnum enim putant, & non nisi generosi animi, vitam contemnere) industi, aut ut se ostendant suorum dominorum amantes, ita etiam ut carnibus suis eos pascere sustineant, seipso magnis precibus, & precio aliquando huic lanienæ offerant. Sunt sane plures hinc inde anthropophagi, vt præcipue in Indiis Orientalibus, vt in Brasilia & aliis, sed tales nusquam, cum enim alij hostes saltem, hi etiam sanguine iunctos, cum libitum est, vorant. Plebei aperto capite incedunt, & vsque ad cingulum superiore parte corporis nudi. Nobiliores toti vestibus sericis, aut ex alia materia confeccis amiciuntur, caput quoque rubris, nigrisque vmbellis, quidam etiam Lusitanicis pileis testi, in toto cæterum vestitu (si possint) mundi & lauti. Horum foeminae totæ quoque ut Africanæ vestiuntur: plebei vero, ut viri, superiore parte corporis usque ad cingulum nudæ. Nobiliores aut diiores caput etiam vittis exornant, aperta tamen facie, calceos quoque anguinis exuviis versicoloribus distinctos & exornatos gerunt, reliquæ vero ut aperto capite, ita etiam pedibus nudæ: omnibus & forma & incessus est liberalis, ut & in moribus magna comitas. Lingua à Congiana diuersa, & paulò difficilior; vnde ipsi Congianam facile, Congiani vero Anzicanam aut nunquam aut maxima cum difficultate discunt. De religione Congianos interrogans, nihil aliud intelligere potui, quam paganos & dæmoniorum cultores esse.

*Anzianorum.*

*Miru Anzi  
caporum or-  
natu.*

*Carnes hu-  
mana & ren-  
duntur publi-  
ce.*

*Ritua.*

*De parte Orientali & eius confiniis.*

## C A P V T V I.

**N**CIPIT hæc (vt supra annotauimus) à confluentibus Vmbæ & Zairi fluminum, vnde linea recta versus meridiem æqualiter à Nilo qui remanet in sinistra parte, distante ducta comprehendit montem Cristallinum altissimum, & in summitate seu culmine inhabitabilem, sic dictum ob summam <sup>Mons Cristat.</sup> unum. in eis venis omnis generis cristalli abundantiam: & paulò ulterius, montes quoque qui Solis ob incredibilem altitudinem dicuntur, qui prorsus nudi absque arboribus aut quibuscumque sunt plantatis. A sinistra huius linea parte alij surgunt montes qui fluuum Sarbela ab utraque parte circundant, propter nitri ibidem copiam, Montes nitrij dicti sunt. Et <sup>Montes nitry.</sup> hi antiquissimi sunt regni Congiani versus Orientem termini, qui, vt diximus, à confluentibus duorum fluminum se extendent vsque ad lacum Achelundam, & ad confinia regni Malemba comprehendunt 600 milliaria. Et distat hæc linea à Nilo & eius duobus lacubus, de quibus suo loco agemus, 150 milliariis, quod interstitium quoque bene populatum comprehendit multos montes, varia & metalla & mercimonia producentes. Et quoniam huc deuenimus, describam paucis incolarum huius loci incredibilem soleritatem in conficiendis omnis generis pannis, sericis nostris pannis similes, non tamen è serico, quod <sup>Panni è foliis</sup> quamuis ibi sit copiosum, tamen ibi non crescit, sed à Lusitanis aduehitur, sed è <sup>Palmarum.</sup> palmarum foliis, quas, vt humiles maneant, putant quotannis, & diligenter rigant, vt tanto maiori copia, tenera folia producant. Hisce itaque foliis suo modo præparatis & emundatis filum nent, serico filo haud absimile, ex quo omnis generis pannos texunt: & inter alios pannum texunt holoserico ab utraque parte similem, variis quoque floribus aut aliis figuris (si volunt) ornatum, ita vt holosericum Italicum non solum videatur, sed etiam precio & valore æquinet. Vngulatum quoque, quem Itali Damasto appellant, ex iisdem, Italicu similem, variis modis figurisque exornatū, conficiunt. Textum quoq; Attalicum, quod Itali Brocato vocant, conficiunt duum generum, Italicum precio multum superans, quo nemo, nisi rex, & cui ipse speciatim permiserit, vtitur. Preciosissimum est, & quinque palmos in longitudine, & tres quatuorve in latitudine habet, cum reliqui panni, secundum folium ex quibus filum prouenit breuitatem, multo sint & breuiores & angustiores. Et his Anzicani plerunq; pro facultatibus cuiusque vestiuntur, quamuis enim paulò sint crassiores, leues tamen sunt, & firmi, ita vt tam aquæ & ventis quam calori resistant. Vnde & Lusitani iis cœperunt vti, non solum ad conficiendas vestes, sed etiam ad conficienda tam tentoria quam vela, ventis enim & aquis incredibiliter resistunt. Hoc itaque latus (vt ad historiam reuertar) Orientale regni Congiani prædicta linea clauditur. Nilus verò centum & quinquaginta milliaribus ab ea versus Occidentem distans ab altera parte, aliam circumfluit regionem, à pluribus regulis rectam, quorum alij Pretegianii, Abyssino, alij Mœnemugano subflunt.

*De parte Meridionali, eiusq<sup>z</sup> confiniis.*

## C A P V T VII.



*Regnum Matamanum.*

N C I P I T hæc à monte Argenteo, sic propter argentifodinas, à Lusitanis dicto, & vsque ad portum Vaccarum versus occidentem, hoc est, ad 450 miliaria extenđit, linea nimirum obliqua ab vna ad alteram terram ducta: quæ diuidat regnum Angolanum, & à sinistra relinquat prædictos montes argenteos. Versus Meridiem vna cum regno Matamano magno & potenti, aliás Angolano amico, aliás inimico,

*Angolanum regnum.*

Rex Matamanus regnum obtinet amplissimum, quippe quod à prædictis terminis extendatur versus Meridiem, vsque ad Bauagalum fluuium, & ad radices montium Lunæ. Versus Orientem vero, transiens Coatum fl. vsque ad ripas Occidentales Bagamidris fl. Terra cristalli aliorumque metallorum fodiñis, omnisque generis alimentorum referta. Aër ei temperatus. Et quamuis populi vicini semper suaibi habeant commercia, vt plurimum tamen inter Angolanum & Matamanum reges male conuenit, vnde etiam hi plerunque sunt in armis. Fluuius verò Bagamidrus diuidit regnum Matapanum à Monomataño, quod versus Orientem situm à Ioanne de Bacos c. i. lib. 10. satis describitur.

*Paulus Dia-*  
*zus.*

In latere maritimo multi dominantur, qui cum omnes Regio titulo insigniti velint, vix reguli sunt, & quianullos portus habent commodos, ab exteris nationibus vix aut nunquam commercij gratia visitantur, vnde etiam non opus est, vt in eorum descriptione multum hæreamus. Cæterum quoniam aliquoties regni Angolani facta est mentio, operæ premium erit, vt hic de eo paulò traetemus fusius. Rex itaque eius vasallus olim fuit regis Congiani, & non solum eius arripuit dominium, cuius erat administrator, sed & alios circumiacentes populos sibi subditos reddidit, ita vt iam rex sit potentissimus, nec Congiano inferior, vnde etiam ei cum libet tributum aut pendit aut denegat. Contigit autem quod postquam Lusitanæ rex Iohannes secundus hoc nomine, pio suo zelo fidem Christianam in regno Congiano plantasset, regemque ad eam amplectendam induxisset, facti rursus fuerint amicissimi, ita vt Angolanus Congianum dominū donis singulis annis misso, prope agnoscere, & vtriusque subditi maxima cum humanitate commercarentur, Lusitani quoque in portu Loandano regio permisso ipsorum mācipia aut alias merces cum suis communitantes in Insulam S. Thomæ deportarunt, & hæc commercia ita simul coniunxerunt, vt naues omnes prius à S. Thom. & deinde ad portum Loandanum appellere cogerentur. Quibus ita indies crescentibus commerciis, visum est Lusitanæ regi, propriis sumptibus naues aliquot oneratas Angolam mittere, quibus præfecit Paulum Diazum Nouaisanora hoc munere præter alios dignum, quod ipsius parentes primi huius commercij fuerant & autores & inuentores: cui postea succedens Lusitanæ rex Sebastianus, potestatem dedit omnes populos ab ostio fl. Coanzæ vsque ad 150 ascendendo suo subiiciendi imperio, regre ad id, vt qui hunc tanto vel etiam maiore honore dignum putabat, sumptus suppeditante. Paulus etiam Diazus multis ad suas coniunctis nauibus onerariis, variis mercibus repletis, in portum Loandanum venit, eaque commercia ibi plurimum auxit, magnisque inde diuitiis congregatis, paulatim absque tumultu se in continentem immisit, ibique abditus tandem sedem in quodam pago vno milliari à fl. Coanza remoto, cui nomen Ancellæ, fixit, ita vt huic mercatui Angolano esset vicinus: Cum autem quodam tempore, vt in magnis mercatibus fieri solet, Congiani ynà cum Lusitanis mercatoribus suas

opæ &

Opes & merces terrestri itinere Cabazū vrbem, in qua aula est regis Angolani, 150 milliarib. à portu marino dissipata, deferūt, vt maiori cum emolumento eas aut vendere aut permutare possent, Regio iussu in itinere intercepti & occisi sunt: huicque factō talem dedit colorem, quod affirmaret speculatoros eos fuisse, qui se cum sua familia intercipere tentarint. sed frustra: satis enim apparuit, non speculatoros, sed mercatores eos fuisse, causam vero facti veram fuisse summam Angolani auatitiam, quam preciosis hisce mercibus satiare cupiebat: unde factum est principium dissidij & belli inter hos duos reges. Quo etiam viso Paulus Diazius occasionem explendi voti captans, regi Angolæ se opposuit, vna cum omnibus Lusitanis quos congregare poterat in illa regione, hisce duabus triremibus & aliis nauibus quas ipse in portu Loandano habebat, fluuium Goanza ascendit, & omnes obuios ab ambabus ripis aut debellauit aut amicos reddidit. Vnde Angolanus perturbatus, veritus etiam, ne omnes vasalli sui ad Diazium hominem diuitem & liberalem se conuerterent; magnum ad eum reprimendum conscribit exercitum. Id Diazius exaudiens auxilium Congiani regis implorauit, qui crudelem illam auaritiam detestatus, misit ei suppetias laturas 60000 virūm, præfecto illis consobrino suo Sebastiano Manibamba: vna cum 120 militibus Lusitanis cum suo duce, quibus omnibus ipse stipendium præbuit. Hic exercitus cum debuisset cum Pauli Diazij copiis coniungi, vt iunctis viribus Angolæ rex debellaretur, accidit, vt cum ventum esset ad mare, fluuiusque Bengus 12 à Loanda milliarib. dictans esset traiiciendus, sca- phaque quibus id demandatum erat, non apparerent, immo ipsis ducibus incommodum & iacturam temporis existimantibus, si tantus exercitus paruis illis scaphis latum fluuium traiceret: in animum induxerunt aliam tentare viam & Diazium terrestri quærere itinere. Vnde per ripas fluminis ascendentes obuium habent hostilem exercitum.

*Rex Angola-  
nus quietem  
turbat.*

*Diazius apē  
to marie An-  
golano refi-  
ssi.*

Ordo militaris Mocicongorum, (ita enim vocantur indigenæ Congiani) & Angolanorum idem ferè vt & eadē armatura; Pedites enim omnes sunt, copias secundum loci opportunitatem aut expandentes, aut cōtrahentes, aut in plures partes diuidentes. Signa quoq; & vexilla eodem modo eleuant. Regitur exercitus variis signis & rumoribus qui à summo præfecto in medio cōsistente procedunt, siue enim velit, vt cōflictus incipiatur, aut ad dextrum aut sinistrum latu se inclinet exercitus, aut procedat aut recedat, aut quicquā aliud faciat, certa sua habet signa, certasque voces, quibus omnia indicat. Instrumentorum autem præcipiorum quibus ad hæc danda signa vtuntur, sunt tria genera. Primum enim vtuntur magnis crotalis ligneis, quæ sonum horribilem inflata edunt, aut etiam tympanis, (corio cauæ arboris cortici superindito) quæ malleis eburneis pulsant. Deinde habent & instrumentum triangulum pyramidis in uerſa forma (superius enim lata in cuspidem definit) quod ex ferreis laminis ita coniunctis constans, baculis ligneis pulsatur, & vt sonum edat magis horribilem, plerunque rupturam habet. Tertio vtuntur etiam cauatis Elephontorum dentibus, tam paruis quam magnis, quos perforatos in latere, vt Germanorum fistulæ militares, inflant sonum reddentes & concordem & bellicosum, vt qui animum aduersus omnia pericula augeat. Et tria hæc instrumentorum genera Dux exercitus semper secum vehere cogitur magna copia, opus habens pluribus, tam magnis quam paruis. Cum enim toto exercitu dandum est signum, magno vtendum est instrumento: si parti saltem, alio vtitur minore, secundum partis illius quantitatem, ita etiam vt quisque manipulus proprium suum habeat, & intelligat signum: respōsumque simile reddat. Ipsi quoque milites inter se sua habent signa. Primi enim & qui in acie stant, homines plerunque sunt agiles, qui in ipso conflictu suis quasi tintinabulis, animum reliquis

quis augent, & quomodo declinanda sint pericula, monent. Duces in capite gerat pileolum variis plumis, ut struthionum, pauonum, gallorum gallinaceorum, aliarumque avium, exornatum, ut & maiores & terribiliores hostibus videantur. Thoracem nudum muniunt ferreis catenis ab humeris sub alas in utroque latere dependentibus, quæ quanto sunt crassiores, & grauiores (vnde plerunque, minimum manus digitū annuli crassitudine superant) tanto sibi videntur comptiores & ornatiores. Inferiorem corporis partem vestiunt caligis quæ usque ad genua demittuntur, quibus deinde superinduunt togam. usque ad suram dimissam, cuius angulos ab utroque latere, ut & superiorem partem cingulo corpori alligant. Cingulum quoque affabre factum, tintinabulis quibusdam ornatum, quibus in conflitu, vel minimo etiam impulsu sonantibus, suis augent animum. Reliqui milites gregarij inferiore saltem corporis parte vestiuntur, arcu, sagittis & pugione armati. Cum prælium ineunt, in latitudinem disperguntur, ut tantò commodius iacula emittere, & ictus hostium saltu euitare possint. Ac cum primi videntur defessi, datur signum receptus, quo audito hi paulatim recedentes nouis & integris dant locum, & hoc fit aliquoties, donec totus præparatur & emititur exercitus. Iam ut ad coepit redeamus historiam:

*Angolani & Congianos exercitus con-*  
cum duo hostiles exercitus in scij sibi inuicem ad ripam fluminis Bengalæ facti essent obuij, sèpius velitatum ita est, victoria semper penes Congianos permanente, cum damno tamen utriusque partis: Donec tandem commeatu Congianorum deficiente, & propter famem & propter morbum qui inde processit, coæti sunt suas quisque redire domos. Diazius vero videns quod amico exercitui coniungi nullo modo posset, traiiciens fluuium Coanzam in Luiola castrametatus est, loco natura ita munito ut facili negotio se Angolano regi restitutum consideret. Cuius hic est situs. Fluuij Coanza & Luiola centum & quinque milliaribus à mari confluunt, & paulò superius rursus coniunguntur usque ferè ad teli iactum, ita ut duo hi fluuij quasi insulam cōstituant, in qua iuxta confluentes surgit collis, quem Diazius concendit, & ut esset securior, communiuit, & nomen hoc illi à præterlabente vicino flumine indidit, qui quod antea non fuit habitatus, iam totus à Lusitanis occupatur. Vnde scaphis usque ad mare, terrestri, verò itinere usque ad 105 millaria absque ullo periculo comedere possunt. Non longe hinc versus Orientem siti sint montes Cabambæ, argenti venis refertissimi, quos etiam infestat Diazius, suo dominio adiectos cupiens: vnde magni sèpè oriuntur tumultus. Angolani enim scij quam desiderentur ab hostibus, & quam sint eos ditaturi, omnibus viribus eos contundunt repellere. Idem quoque fit ab altera parte. Lusitani enim fl Coanza traientes terram Angolanam quotidie deprædantur: vnde incolæ semper coguntur esse in armis. Arma vero ipsorum sunt arcus sex palmis longi cum nervis interiori ex cortice arborum præparatis, sagittæ quoque sex palmas longæ, graciles cuspidibus hamatis, quarum semper sex aut septem absque theca una cù arcu in manu gerunt. Pugiones habent cultrum manubrio referentes, quos sub cingulo in sinistro latere occultant. Sua quoque cum opus est, ut & Lusitani experti sunt, nouerunt stratagemata: sèpè enim eos noctu cum minimè timeruntur, aut tempore pluuioso, ne tormentis impeti possint, & diuiso etiam exercitu, ut circundatos tanto magis premere possent, sunt aggressi. Rex nunquam in prælium descendit, sed satrapis & ducibus suis hoc mandat negocij: & hoc ipsis quoque peculiare est, quod quamprimum ducem suum cæsum vident, effuse fugiant. Sunt & pedites omnes, equis enim destituuntur, & ipsis duces, nisi itidem pedites esse velint, se tribus modis, quos postea describemus, ferendos à seruis current necesse est. Magno quidem numero & confuse plerunque ad præliandum excunt, nemine qui se armis gerundis idoneum existimet, domi re-

*Situs Luiola.* stitutum consideret. Cuius hic est situs. Fluuij Coanza & Luiola centum & quinque milliaribus à mari confluunt, & paulò superius rursus coniunguntur usque ferè ad teli iactum, ita ut duo hi fluuij quasi insulam cōstituant, in qua iuxta confluentes surgit collis, quem Diazius concendit, & ut esset securior, communiuit, & nomen hoc illi à præterlabente vicino flumine indidit, qui quod antea non fuit habitatus, iam totus à Lusitanis occupatur. Vnde scaphis usque ad mare, terrestri, verò itinere usque ad 105 millaria absque ullo periculo comedere possunt. Non longe hinc versus Orientem siti sint montes Cabambæ, argenti venis refertissimi, quos etiam infestat Diazius, suo dominio adiectos cupiens: vnde magni sèpè oriuntur tumultus. Angolani enim scij quam desiderentur ab hostibus, & quam sint eos ditaturi, omnibus viribus eos contundunt repellere. Idem quoque fit ab altera parte. Lusitani enim fl Coanza traientes terram Angolanam quotidie deprædantur: vnde incolæ semper coguntur esse in armis. Arma vero ipsorum sunt arcus sex palmis longi cum nervis interiori ex cortice arborum præparatis, sagittæ quoque sex palmas longæ, graciles cuspidibus hamatis, quarum semper sex aut septem absque theca una cù arcu in manu gerunt. Pugiones habent cultrum manubrio referentes, quos sub cingulo in sinistro latere occultant. Sua quoque cum opus est, ut & Lusitani experti sunt, nouerunt stratagemata: sèpè enim eos noctu cum minimè timeruntur, aut tempore pluuioso, ne tormentis impeti possint, & diuiso etiam exercitu, ut circundatos tanto magis premere possent, sunt aggressi. Rex nunquam in prælium descendit, sed satrapis & ducibus suis hoc mandat negocij: & hoc ipsis quoque peculiare est, quod quamprimum ducem suum cæsum vident, effuse fugiant. Sunt & pedites omnes, equis enim destituuntur, & ipsis duces, nisi itidem pedites esse velint, se tribus modis, quos postea describemus, ferendos à seruis current necesse est. Magno quidem numero & confuse plerunque ad præliandum excunt, nemine qui se armis gerundis idoneum existimet, domi re-

*Arma Angol-*  
*anorum.*

*Stratagema-*  
*ta Angolano-*  
*rum.*

manente. Sed fortuna non semper prospera: non enim curant ut commeat <sup>Incuria in</sup> suppetat, & ij etiam qui aliquid possident absumentum augent numerum ser-<sup>procurando</sup>  
uis, qui humeris suis, cum alia non habeant animalia, quæ, vt alio dicemus  
loco, paruo negocio cicurare, & ad eiusmodi usus accommodare absque tantis  
expensis possent, pabulum enim abundè ubique prouenit, commeatum defer-  
re coguntur. Vnde etiam fit, vt parum à domibus suis remoti, & omni commea-  
tu absumpto, quamvis ad bellum alacres, eneeti fame rebus infectis domum re-  
pellantur, viam qua redierunt in sequentibus monstrantibus fame morientium  
cadaueribus. Augutiis quoque vt & olim Romani, multum tribuunt, ita etiam  
vt ab auibus sinistre volantibus aut vocem edentibus quantumvis præparati  
domum statim à cœptis desistentes redeant.

Regnum hoc, si vllum aliud, hominibus refertum est, cum enim quisque <sup>Regnum pe-</sup>  
quot velit, vxores ducat, in incredibilem quotannis augmentur numerū, ita vt rex <sup>pulatisse-</sup>  
quandocunque opus sit, uno ferè momento centum millia hominum, & vo-  
luntariorum in aciem educere possit. Abundat quoque argento putissimo, a-  
liisque metallis, idque, vt puto, præ cæteris omnibus huius plaqæ regionibus: <sup>Metalla.</sup>  
omnis quoque generis alimentis atque etiam animalibus plenum est, & præci-  
pue vaccæ magnis ibi pascunt armentis. Carnibus caninis delectantur incolæ <sup>Carnes canis.</sup>  
præ cæteris omnibus, vnde magna cura eos nutriunt, impinguant, & ad delicias <sup>na in magno</sup>  
suis referuant. Et affirmat Eduardus se vidisse canem mediocris magnitudinis,  
vt lanij nostrates ad deducendos boues nutriunt, vigintiduobus seruis, quorum  
quisque 10 constabat ducatis, hoc est 220 ducatis permutatum. Moneta hic  
diuersa est à Congiana, non enim cochleis, sed globulis vitreis perforatis Vene-  
tiis aduectis iuglandis magnitudine, aut minoribus vtuntur non solum pro mo-  
neta, sed etiam pro ornamentis tam virum quam mulierum, collo & brachiis  
filo circundantes.

Rex, vt & omnes subditi, idolatra est. Habuit quidem in votis, vt ad exem-  
plum regis Congi fieret Christianus: sed deficientibus clericis, remansit in te-  
nebris, ex quibus iam mox, vt spes est, liberabitur, reconciliatus Congiano, cui  
satisfecit & se purgauit de iniusta vi ipsius subditis, & Lusitanis in Cabaza illata.  
Lingua incolis cū Congianis eadem est, prolatione saltem differens, vnde vt & <sup>Lingua An-</sup>  
inter alios populos, vt inter Lusitanos & Hispanos, inter Sueuos & Saxones, a-  
liis aliter voces efferentibus & torquentibus, cum eadem tamen lingua sit, dif-  
ficulter se inuicem intelligunt. Diximus lineam à sinu vel portu Vaccarum,  
versus Orientem ductam diuidere regnum Angolæ, & haec tenus descripsimus  
partem eius Septentrionalem: restat vt pauca etiam dicamus de Meridionali.  
A portu itaque Vaccarum usque ad promontorium Nigrum in littore maris  
numerantur 220 millaria; in quibus comprehensa regio multis quoque sub-  
est regulis Angolano vasallis: & hinc dicta linea obliqua versus Orientem per  
montes, qui frigidi dicuntur, & paulò altius versus Äquinoctialem per  
niueos, desinit iuxta radices montium Cristalli. Et hæc  
est descriptio regni Angolæ, de cuius rege  
quoad particularia, nihil ulterius  
ab Edoardo erat co-  
gnitum.

C

De

*Decircuitu regni Congiani quod hodierno die suo regi  
subest, secundum quatuor predictas  
mundi plagas.*

## C A P V T V I I I .



*Totius regni  
Congianici-  
cursus 1685  
millaria.*

*Titulus regis  
Congiani.*

D hunc cognoscendum & demetiendum deducenda est linea recta à fluvio Goanza versus Septentrionem usque ad fluuium rubrum, quod scopulos rubros alluēs tales habeat colorem, ita appellatum, quæ continet 375 millaria. Hinc postea alia ducenda est linea obliqua, versus Orientem per confinia regni Anzicani, quæ ad 450 millaria extenditur. A cuius extremitate linea rursus recta versus Meridiem per montes Cristalli non Angolanos qui ab his longè versus Meridiem sunt remoti) & nitri & argenti, per Verbelam fl. usque ad confinia Malembæ ducenda, quæ 500 continet millaria. Ab huius rursum extremitate ducta alia per lacum Aquelundam versus Occidentem usque ad ostium fl. Goanzæ qui ex hoc lacu effluit in mare, 360 est millarium. Atque ita totus regni Congiani circuitus, cui hodie adhuc imperat Don Aluaro di Congo, continet 1685 millaria. Latitudo autem eius cognoscetur linea obliqua ab Occidente versus Orientem ducta ab ostio Zairi fl. quod adiacet promontorio, Patraon à Lusitanis dicto, per montes Solis & Cristalli, usque ad 105 millaria à Nilo, 600 millaria continens, quæ regni totius est latitudo. Multo quidem olim, ut diximus, fuit amplius, cum circumiacentes regiones pleræque sub uno regno comprehendenterentur, sed per vasallorum perfidiæ, in terminos hos angustos comparatione præteriorum est cōclusum. Titulus tamen regi amplissimus, ut qui nomen tamen earū retineat; hæc enim omnia habet in titulo: Congum, Abundos, Matamam, Quizamam, Angolam, Angoios, Cacongam, septem regna Congere-amozalam, Pangelungos. Dominum se nominat fluuij Zairi, Anziqui, & Anzicanæ, & Loangi, &c. cum reuera vel minimam horum partem possideat.

*De Prouinciis regni Congi.*

## C A P V T I X .

*Bamba pro-  
vincia.*



I V I S V M est regnum hoc in sex prouincias, quārum prima Bamba dicta est; secunda Sognus; tertia Sundus; quarta Pangus; quinta Batta; sexta Pemba. Bamba prima est ditissima, cui præst Sebastianus Manibamba consobrinus regis Aluari proximè defuncti: situs eius est in littore maris à fluvio Ambrize usque ad fl. Coanzam, versus Meridiem, multis habens satrapas, quorum præcipuos hic nominabo. Scilicet Antonius Manibamba, & frater & vicarius prædicti Sebastiani, Mani Lébo, Mani Dandi, Mani Bengo, Mani Loanda, qui insulæ Loandæ præst, Mani Corimba, Mani Coanza & Mani Cazzanzi, qui omnes oras maritimæ administrant, reliqui qui interiorem partem versus Angolam obtinent in hac prouincia, Sebastiano subditi sunt, Angazi, Chinghengo, Motollo, Chabonda, & alij multi inferioris conditionis. Et notandum quod dictio, Mani, dominum significet, & huic adiecta locum ei subiectum, atq; ita Manibamba, dominum Bambæ, Manicorimba, dominum Corimbæ, quæ Bambæ pars est, & sic deinceps in reliquis significat. Prouincia hæc, versus Meridiem se extendit, usque ad Angolam,

Iam. Versus Orientem verò ubi lacus est Chelanda, usque ad Chezzamanos, populum antea liberum, qui nulli regi, sed suis saltem magistratibus subest, & iam post multa variaque prælia Diazum agnoscit, qui etiam eorum opera contra Angolæ regem vtitur. Est autem hæc prouincia non solum, vt diximus, præcipua, sed etiam totius regni propugnaculum contra quoscunque hostes. Virtute enim, & promptitudine incolarum eius, rex non solum ad vicinos Angolanos coercendos & reprimendos, sed etiam quosuis alios domandos, præcipue propter singularem alacritatem, & animi contra omnia pericula constantiam vtitur: ex hac sola, quæ sexta tantum pars regni est, quotidie, cum opus est, vel solo aliquo dato signo colligit quadraginta hominum bellicosissimorum millia. Huius metropolis quæ Panza vocatur, sita est loco plano, ad centum milliaria à mari, inter duos flauios Lozam & Abrizzum: & paulò ab hinc versus Orientem incipiunt montes argenti & aliorum metallorum venis repleti, qui se versus Angolam extendunt: vnde quoque ditissima est, non tantum propter has fodinas montanas, sed etiam propter fodinam illam, quam superius diximus, marinam, vt in cuius littore (Loanda enim ad hanc pertinet prouinciam) cochlear moneta locum obtinet, inueniuntur: & denum propter commercium quod maximum maximiq; in hac prouentus est: diuenditis nimirum aliquando (quantum ad seruos tantum, qui etiam in mercium sunt numero) uno mercatu ultra 5000 Angolanorum, qui deinde à Lusitanis mercatoribus in variis loca distrahabuntur. Habitatores, vt diximus omnium eius regni bellicosissimi, & semper armati incedunt longis gladiis qui è Lusitania adferuntur. Tantis sunt viribus prædicti, vt seruum, quos pecudum ferè loco habent medium diuidant, imò tauri mediocri uno iectu ceruicē amputent. Vidisse se ait Eduardus, qui sub alis vas vino repletum usque ad 325 pendens libras retineret, donec totum euacuaretur. In promptu quoque semper habent arcum & sagittas quibus utuntur dexterim, una cum scuto longo Anzicanorum more.

*Optimi toris  
regni milites.*

*Robustissimi.*

### De animalibus quæ in hac prouincia reperiuntur.

#### C A P V T X.

**I**NTE R animalia huius prouinciae primas obtinet Elephas, *Elephantis* qui cum per totum reperiatur regnum, hic tamen præcipue *horrida mā-  
gistrinus.* & nascitur & habitat, propter siluarum magnitudinem, & pabuli, fluuiorum, aliarumque rerum ad victimum eius requisitarum tam abundantiam quam excellentiam. Sunt itaque in hac prouincia, vt diximus, plurimi, si que horrendæ magnitudinis, ita, vt vestigia ipsorum quandoque reperiantur in arenis, quorum diameter se ad quatuor spithamas extendat. Vnde magnitudo beluae, fidem ferè superans facile cognosci potest. Et quod ii, qui vel in Hispania vel in Italia nostris temporibus aliquando sunt visi, multo sint minores, ea datur ratio, quod non nisi iuuenes educi queant, & cum viuant 150 annos, media ætatis parte, semper crescunt. Dentes ipsorum, non cornua, vt quidam autumant, inueniuntur aliquando ad 200 libras, 12 vnciarum nostrantium, pendentes. Aures Turcica pelta latiores, forma ouata, sex spithamas longæ, angustiore parte versus humeros tendente, quibus vt & proboscide & cauda contra muscarum se defendunt importunitatem, quas etiam in locis quos nec auribus nec proboscide, nec cauda contingere possunt, contracta pelle, inter rugas retentas occidunt. In cauda setæ ipsis sunt crassæ & rotundæ, nigrae & lucentes, quæ veteriorum præcipue quæ preciosiores sunt & fortiores, expetuntur ab Angolanis & aliis circumiacentibus populis, tam ad virorum quam ad fœminarum or-

rum ornatum, tantæ quoque sunt fortitudinis ut vir quamuis fortis manus ci-  
tius lædat, quam in diuersa tractas partes rumpere possit. Singulari etiam eos  
venantur industria: Beluam enim videntes in loco aliquo angusto, ita ut se  
vertere non possit, à tergo assiliunt, & cum neque proboscide se propter an-  
gustum defendere posset, cauda eam ut preciosò spolio ad id præparatis cul-  
tris priuant, non tamen sine periculo, dolore enim aliquando percita retrogre-  
ditur, & adhærentes caudæ venatores improuidos ad arborem vel lapidem vi-  
cinum comminuit: vnde etiam caro emptæ setæ illæ, magno rursus vendun-  
tur precio, vna nimirum, tribus seruis ad minimum commutata. Alij quoque  
maiore audacia, celeritati suæ confidentes, eas in pascuis à tergo assiliunt, uno-  
que iœtu cauda amputata, aufugunt, non tamen rectâ (quamuis enim grauis sit  
belua, & motu non ita celeri, cum magnos tamen faciat passus, in cursu recto  
equum celeritate superat) sed per giros, ita ut mole impedita belua & incessum  
non tam facilè flectente, absque ullo ferè periculo euadant.

*Falsi aliquo-  
rum de Ele-  
phantis op-  
tuso.*

De elephante scripserunt veteres, cum nullas in cruribus habeat iuncturas,  
cum non posse humi decumbere, & si quando cadat, surgere non posse, vnde  
eius capturam talem sunt commenti: nimirum, cum ad statam aut certam ar-  
borem molem corporis fulciens tantum capiat somnum, venatores arborem  
per contritos cortices agnitam, serra in inferiore parte usque ad extremum fe-  
rè refecare, beluam verò consuetum locum repetentem, & impulsâ arbore la-  
psam capi. Sed contrarium testatur experientia: Affirmat enim Eduardus se  
vidisse iacentes, surgentes, & genua flectentes, imò anterioribus pedibus arbo-  
res, ad exhaustiā aquam in trunci superiori parte à pluviis restantem & dul-  
cem, scandentes. Habere etiam ut cætera animalia, locis tamen diuersis, suas  
iuncturas. In sylvis aliquando vel maximas radicibus humeris & mole corporis  
adnixi, euellunt arbores, & minores inter dentes qui etiam aliquando rum-  
puntur, insertas & contortas frangunt, ut earum depasci possint frondes: quas  
commiuunt minoribus dentibus qui non se exerunt, ori eas proboscide (in  
cuius extremitate membrum est digitum referens, quo etiam minuta grana com-  
prehendunt) ut manu admouentes. Fœmelleæ fœtum non amplius duobus an-  
nis gerunt: & cum eius difficilis sit educatio, tardè enim crescit, & diu  
in viro; & ad sustentationem, donec sibi ipsi viatum acquirere possit, materno lacte opus  
est partu, & facilius pullos educare pos-  
sunt, concipiunt.

*Fætum duob  
annis gerunt  
in viro; &  
septimo anno  
ad partu, &  
facilius pullos  
educare pos-  
sunt, conci-  
piunt.*

*Captura ele-  
phantorum.*

*Elephas pul-  
lū occidit po-  
tius quam re-  
tinet venato-  
res relinquit.*

*Innocuus nisi  
in iurislacef-  
satur.*

Ad capien-  
dos Elephantos fossas faciunt magnas (ut qua tantam beluam capere possint,)  
superius paulò quam in fundo latiores, ita ut inferius compressi viribus suis ad  
exsiliendū vt non queant, & has herbis & frondibus, præcipue ab iis expeditis,  
tegunt, ut fraus non nisi cum ipsorum illac transientium ruina cognoscatur. Et  
de hac capture memorabilem narrat historiam Eduardus, cuius se oculatum  
testem iuxta Coanzam affirmat: nimirum cecidisse parvulum adhuc & à ma-  
tre ductum Elephantem in tales foueam, quem cum vidisset mater, omnibus  
viribus, frustra magno strepitu eam conantibus detergere circumstantibus, ten-  
tauit extrahere: & cum se nihil efficere sentiret, partum suum peremptum  
quam in potestate hominum constitutum malens, fossam terra, lapidibus & ar-  
boribus congestis, usque ad summum impleuit. Quamuis (si ullū aliud) animal  
cuus, ut nemini quicquam faciat mali, nisi prius sit prouocatus, vnde etiam ali-  
quando absque ullo incommodo aut damno pagos peruagantur, obuios quo-  
que saltem proboscide sua in æra parumper eleuantes & placide reponentes.

Maximè

Maximè delectantur aquis, vnde magna copia visuntur iuxta lacus & fluos, præcipue circa meridiem, tum enim contra Solis ardorem eos vsque ad corporis medium ingressi, reliquum aqua proboscide hausta perluentes se recreant. Nunquam ferè incedunt soli, sed magnis vt apud nos vaccæ aut etiam cerui armamentis, vnde affirmat quoque Eduardus, se vidisse in frigida quadam Valle iuxta Casanzas ciuitatem, ultra centum simul tam magnos quam paruos matres suas sequentes. Cum itaque tanta talium beluarum, vnde & eboris, quod prius quam Lusitani è peruenirent non erat in precio, ab ipsorum aduentu demum astimari cœptum est, ad tot secula per campos, fluos, montes & valles dispersi, & vili etiam adhuc precio à Lusitanis empti sit copia: non mirum est quod prius hodierno die, minus sit quam olim apud antiquos pretiosum. Nullum animal Elephante in hisce regionibus est maius. Incertum quoque est, an ibi nascatur Rinoceros, quem Badam Indi dicunt. Sed tamen cum ab Anzichis regione vicina eò deferantur aliquando eius cornua quæ in naso ei crescunt, ad multa variaque medicamenta accōmoda, non dubium est, quin & in Congo reperiantur, si non multi, saltē aliqui. Cæterum cum in regno Anzicano multi sint leones, vt & in aliis diuersis mundi partibus, nulli tamen in regno Congiano, & præcipue in hac prouincia Bamba reperiuntur. Tigres verò, quas incolæ Engri vocant, ibi sunt plurimæ, de quarum natura mirabile quiddam testatur expertus Eduardus, nimirū, quod eius quodā ductu nullam vim inferant hominibus albis, cum nigris sint infestissimi; vnde cum in campo aliquādo cum comitibus cogeretur per noctari, nigros omnes esse à tigribus occisos, absq; vlo alborū detrimēto. Tā sunt ibi audaces, vt cogente fame etiā ex ipsis domū vestibulīs pecudes auferat. Leonibus feritate, viribus, rugitu, & omnib. ferè similes, excepto tantum colore, pelle maculis quibusdā distincta. Variis eas capiunt modis, aut mortuas propositis quā pastum venire solent carnibus venenatis, vel etiam confectasi aculis, aut viuas laqueis quibusdam, proposita capra, aut simili aliquo ad alliciendam animali domestico, quibus fera pastum veniens implicata, se soluere nequit, sed quanto plus se mouet, tanto magis astringitur. Capiuntur etiam aliquando paruæ. Vnde refert dominus Eduardus, vnius sibi factam copiam, quæ 15 dies nondum exceperat, quam quoque educarit, & canis loco aliquandiu habuerit, quæ etiam à nullo nisi à Domino contrectari voluerit, stridens & minitans si alius accederet. Sed cum tandem videret innatain feritatem nullo artificio domari posse, canem enim & Zebram ipsi carissimos occiderat, glande sclopetaria eam maius aliquod præueniens malum, traiecit. Cum animal sit & hominibus & aliis omnibus animalibus infestissimum, præmium à regre propositum est, qui allata pelle se occidisse testari possunt. Ea tamen conditio, vt pellis pilos illos longiores & duriores, qui circa os enascantur, habeat, aliás enim loco præmij plectuntur, beneficij suspecti: præsentissimum enim iis infestuvenū, & comestis sub aliis cibis, mortem quasi rabiosam inducunt. Nascitur quoque in hoc tractu, vt & in aliis Barbariæ & Africæ locis, animal aliud, Zebra dictum, quod cum mulæ quoad formam & staturam per omnia sit simile, mula tamen (parit enim) non est, & colore non tantum à mula, sed etiam ab omnibus aliis animalibus diuersum. Tribus enim diuersis coloribus, nigro, albo, & spadiceo, qui per lineas tres digitos latas, corpus à dorso versus ventrem hemicycli in modum ambiant, per totum corpus distinctum est. Cauda colore rubicundo & lucete, pes & vngulæ, vt mulæ, incessu cæterum leui & alacri similis equo, quem cursus velocitate multum superat, ita vt Lusitanorum prouerbio ansam præbuerit, quo cum celerem aliquem dicere volunt, Zebra velociter dicunt. Parit quotannis, vnde & maxima copia, sed incolis qui ea vti nesciunt inutilis. Equorum enim loco ipsi tam pace quam bello esse possent, na-

*Magnis sem-  
per incedunt  
armentis.*

*Quare ebūr  
hodie quam  
olim minus  
preciosum.*

*Tigres non  
nisi nigris  
infesta.*

*Variis capi-  
untur modis.*

*Premium in  
qui Tigres  
occidunt da-  
tur à rege.*

*Zebra.*

## D E S C R I P T I O

22

tura eas eorum loco quibus hoc regnum destituitur, subministrante. Incolæ  
*Equorum loco seruos habent, aut alios conductissos, quos in itineribus eis portant.*  
 vero ignati, cum equos non habeant, boues iugo subdere non sciant, Zebras  
 frenare & domare non valeant, variisque aliis animalibus uti non possint, ho-  
 minum ad hæc omnia opera uti coguntur. Atque ita, ut omnia hominum su-  
 perimponuntur humeris, ita quoque ipsi ab hominibus vel in lecticis, aut sedi-  
 bus portatibus à Sole cooperati circumferuntur, ad manus semper seruos aut a-  
 lios ad id conductos habentes. Et si magnum aliquod iter breui tempore est ab-  
 solendum, multos tales quasi *ἀνδροφόροις* circumducunt, ut prioribus defessis,  
 alij, atque deinceps alij possint substitui: qui etiam ita alternatim subinde mu-  
 tati, tantæ sunt celeritatis, ut equos cursores anteuerant. Est & aliud animal  
 quadrupes, *Dante animal.* *Dante dictum*, boue paulo minus, forma tamen & capitis & re-  
 liqui corporis non multum absimili, colore subrufo, cornua caprina habens  
 in capite, polita tamen & nigra, ex quibus ut & ex bubalorum varia conficiun-  
 tur instrumenta. Pellis ad multa utilis, vnde in Lusitaniam, & inde in Germa-  
 niā defertur, ea ut bubalorum, ceruorum, aliorumque animalium ad usus  
 humanos, præcipue ad conficiendas vestes durabiles præparatur. Haberet qui-  
 dem rex Congilibenter qui eas præparandi nosset artificium, sed cum voti non  
 possit fieri compos, crudis vtuntur incolæ, parmas & scuta sua contra telorum  
 vim, iis contegentes. Ferum admodum est animal, & venatorem suum, nisi  
 dexterimus & celerrimus sit, facile pessundat, absque ullo enim timore visum  
 insequitur, & si adipiscitur, cum cornibus nocere non possit, ore dilacerat, &  
*Bubali.* pedibus usque ad mortem conculcat. Arcutamen & sagittis, aut nunc sclope-  
*Empalanga.* to occiditur. Bubali quoque & Asini sylvestres quos onagros olim dixerunt  
*Oves facun-  
da.* Græci, ibi inueniuntur quamplurimi. Aliud præterea animal ibi reperiatur,  
 quod Empalanga vocitant, figura & magnitudine bouem referens, nisi quod &  
*Lupi.* caput & ceruicem gerat erectam ceruorum more, cornua quoque habeat in ca-  
 pite recta & longa nodosa, in summitate interius parum inflexa. Quod quam-  
 quis etiam sit sylvestre, nemini tamen est molestum; neque adeò etiam est fe-  
 rum, quia facilis negotio aratro, si adesset incolarum aliquod ingenium, accom-  
 modari posset. Sunt & maxima parte referta bobus & vaccis circuitibus por-  
 cum tam domesticorum quam sylvestrium maxima copia. Capraram & ouium  
*Oleum pal-  
marum.* magni greges, oves enim & capræ singulis annis tres aut quatuor enituntur se-  
 cundum suam speciem paruulos, præcipue oves, quæ, ut expertus testatur Ed-  
 uardus, nunquam unum, sed semper tres vel quatuor, & ad minimum duos pa-  
 riunt, quos proprio quoque lacte nutriunt. Lupi quoque eius regionis singu-  
 lariter oleo palmarum delectantur, quod cum, ut canes sint sagaces, quamuis  
*Feles Zebet-  
taria.* remotū indagant, & noctu, nisi in tiguriis accurate custodiatur, vel etiā in cain-  
 pis portitoribus ibi pernoctatibus & dormientibus, furantur. Oleum quod ex  
 palmarum fructu exprimitur crassum est, & butyri in modum duile, quod cu-  
 curbitarum cortiebus excipitur, inale reseruatur, & mirum est, quam dextrè hi-  
 fures dentibus vasa comprehendant & humeris, ut lupi nostrates oves furati,  
 humeris iniiciant, ut cursus tanto sit expeditior, & persequentium verbera effu-  
 giant. In hac quoque prouincia Bamba multi inueniuntur cerui, hinnuli, da-  
 mæ, & alia eiusmodi animalia, quorum magni sæpe visuntur greges, ut & cuni-  
 culi, & leporis: quibus venatores deficiunt. Multæ quoque reperiuntur ibi  
 feles Zibettariæ sylvestres, quos incolæ etiam ante aduentum Lusitanorum, ad  
 extrahendam Zibettam cuius odore delestantur magnopere, cicurare coepe-  
 runt. In Manibatta capiuntur quoque Zibellini, quos mures ponticos voca-  
 mus, & elegantissimi & pretiosissimi, ita ut viuis pellis, seruo estimetur & com-  
 mutetur: vnde nemo iis nisi ad peculiare principis rescriptum vestiri potest.  
 Capiunt quoque Anzicani martes plurimos, quibus, ut suo loco dicemus, vé-  
 stiuntur.

stuntur. Simiae quoque in tractu Songano ad ripas Zairi fluuij sunt plurimae, *simiae.* quibus magnates quod tam festiuiter omnes gestus humanos imitentur, plurimum delestantur. Serpentes sunt magnitudinis horrendae, si conferantur *Serpentes magni.* cum nostratis, & præcipue palustres, quorum aliqui longitudine 25. & in latitudine 5 spithamas excedunt, ventre tam capaci, ut totum ceruum, aut aliud eius magnitudinis animal, vna vice deuorent. Ex aquis egrediuntur, & pasti eò redeunt: vnde & ab incolis magnæ natrices appellantur. Ascendunt quamuis altissimas arbores, in quibus circumuentia animalia quasi in speculo spestant, & ubi victimum quærentia accesserint, summa vi se in ea demittunt, atque ita & mole & morsu occisa, & in solitudinem aliquam viciniam trajecta, tota cum pelle, ossibus & carnibus deglutiunt. Et saepius etiam accidit, ut cibo nimium repleti, quasi ebrij redditur, & in somnum maximum incident, ita ut vel puer eos occidat. Durat haec satietas & somnoientia per 5 aut sex dies continuos, post quos demum experrecti, ad consuetas suas venationes redeunt. Pellem statis temporibus mutant, aliquando etiā nimia dilatatione ex cibo nimio rugosam, ante tempus exuunt, quæ inuenta, homines in admirationem, beluae magnitudinem inde cognoscetes, rapit. Magni eius carnes tostas faciunt Aethiopes, & gallinarum habentur multo delicatores, sed vix eas adipisci possunt, nisi cum aliquando nimio calore incenduntur syluae, & tum omnes quæ à suis lacibus aliquando fuerunt remotæ, semitostæ inueniuntur, & in magnis habentur deliciis. Viperæ præterea inueniuntur ibi adeò venenatae, ut mortis ab iis, post 24 horas summo cum dolore moriantur. Incolæ itaque diligenter se muniunt herba quam eius antidotum esse norunt. Reperitur præterea etiam ibi animal bipes, ouis magnitudine, forma vero draconis: alatum enim est & caudam habet longam. Caput quoque oblongum, ore pluribus dentium acutissimorum ordinibus referto. Carnibus crudis vicitat. Cutis glabra quasi subuiridis squamis depicta. Gentiles id venerantur pro Deo: & in hodiernum diem magna cura & admiratione educatur à primatibus, qui propter vberem ex oblatis prouentum, aliquando id populo adorandum proponunt. Chamæleon- *Chamæleon.* tes ibi quoquereperiuntur. Animal autem est quadrupes mediocrem lacertam referens capite tamen maiore & pedibus latioribus, cauda etiam ferrata & hamata in modum inflexa, habitans in altissimarum rupium cacuminibus. Non sustentatur, ut reliqua animalia herbis aut aliis quibusunque alimentis è terra nascentibus, solo enim aere vivit. Coloris plerunque est subuiridis aut cærulei, quem subinde in alios variosque mutat. Est etiam ibi adhuc serpentum genus, qui cum omnium sint venenatissimi, facilimè natura etiam in hoc præmonente cuitari possunt, magno enim incedunt strepitu, ut statim exaudiiri & occidi possint. Bullam habent in cauda rotundam, quam ut & caput, contra febres & cordis horrores singularem habere facultatem autumant. Et haec pleraque sunt animalia terrestria, quæ in aliis, aliisque locis plus minusve abundant. Pauca quoque de volatilibus sunt dicenda.

Ut itaque inter terrestria Elephas, ita etiam inter volatilia Sthrutio facile *Struthio.* primas obtinet. Inuenitur verò hic in confiniis Sundi & Battæ, versus Muzombos, ex ouis radiis solaribus exclusus. Pennis eius vtuntur incolæ pro signis militaribus, mixtis nimirum cum pennis oculatis pauonum, & in orbem in modum vmbellarum, quas Italæ mulieres ad ventulum faciendum gestant, dispositis. Pauones ibi quoque sunt, sed magna cura à solo Rege in sylua quadam in *Pavoanus regia.* Angolæ confiniis muris circundata, & nutriuntur & custodiuntur, inhibitione reliquis omnibus, eò quod insignia hæc auis gerat Regalia, eos nutriendi facta. Galli Gallinacei, quos hic Indianos vocamus, in magna ibi sunt copia, ut & anseres, anates, tā domesticæ quæ sylvestres, perdices etiam adeo abundat, ut pueri eas reti-

## D E S C R I P T I O

*Pelicanus.*

tas retibus capiant. Phasiani, columbae, turtures, ut & aues carniuorae, aquilae, faltones, accipitres, & aliæ eiusmodi, quibus tamen ad aucupium non vtuntur per ignorantiam, ibi non desunt. Marinæ quoque aues præcipue Pelicani dictæ à Lusitanis (albæ sunt & magnæ sub aquis natantes, tam capaci stomacho & calido, ut integros pisces deuorent, & breui tempore concoquunt, quarum pelli- bus ad morbos stomachi frigidos emendandos vtuntur incolæ) ibi abundant. Alia quoque ibi auis est gruæ referens, rostris & pedibus rubris ciconiae altitudine, pennis partim rubris, partim albis, visu iucundissima, ut & palato gratissima. Psittacorum hic varia reperiuntur genera; sunt enim alij coloris cinericei, & magni, & loquacissimi, alij minores & virides, quibus lingua tamen non adeò est prompta. Sunt & auiculae paruae, paulò maiores Canarianis illis auiculis, quæ ad hæc vsque loca primum ex Canariis insulis propter cantus miram dulcedinem aduectæ sunt, aliæ & rostris & plumis rubris, aliæ virides pedibus tan- tum & rostro nigræ, aliæ albæ, aliæ nigræ, quæ excellentissimæ omnium sunt, & non solum voces, sed etiam verba referre videntur, & aliæ versicolores, omnes perquam suauiter canentes, vnde magnò aestimatæ, in caueis summa diligen- tia à magnatibus, & quibuscumque sumptus suppetunt, enutriuntur.

## De secunda Prouincia qua Sognus est appellata.

## C A P V T X I I .

*Sognus Urbs.**Regnum Lo- anganum.*

X TENDITVR hæc à fluvio Ambrizi, vsque ad 7 $\frac{1}{2}$  gradus versus Septentrimonem, per fluuios Lelundam & Zairen, vsque ad rupes rubras, quæ sunt in confinibus regni Loanga- ni: in medio huius prouinciae vrbs est, prouinciae quoque nomine indigetata, in qua præfectus residet. Qui huic prouinciae presunt dicuntur Manisongo, id est, domini Songia- ni, & plerunque sunt ex familia regia, ex qua etiam qui iam præsider, vocatur Don Diego Mansogno. Habet sub se plures satrapias, & alias quoque prouincias, quæ olim proprio viuebant iure, ut sunt populi Mom- balani, qui ei quoque sunt subditi. Ab altero latere Zairi versus Aquilonem est terra Palmarum, à multitudine earum arborum ibi nascentium, sic dicta, cum aliis tractibus, vsque ad regnum Loanganum, cuius rex cum quidem olim, ut & cæteri reges Congiani vasallus fuerit, nunc sui est iuris, non amplius vasallus, sed titulotenus amicus regis. Et versus Orientem, montes comprehendit, qui Congum ab Anzicana regione, Anzicana nimirum versus Aquilonem re- licta, diuidunt. Et hæc de prouincia ipsa, & de eius situ, de qua nihil habemus, quod non in superiori relatione sit declaratum. In vicino cæterum & adiacen- ti regno Loango, magnus est prouentus eboris propter elephantorum abun- dantiam, & vilissimo venditur pretio, cum ferro enim plerunque quod non ha- bent, aut extrahendi ex fodiinis & præparandi, carent industria, commutatur, ita ut vel maximus dens, vel minimus nauis clavo commutetur. Hic varia ex fi- lis, ut supra diximus, ex palmarum foliis eductis, texuntur pannorum genera, quæ præ reliquiis, quia minora & subtiliora, in maiori habentur precio. Vaccis & aliis iumentis tam sylvestribus quam domesticis abundat. Incolæ gentiles sunt, & idololatæ, Solem ut marem, pro maiori, & Lunam ut foeminam, pro mi- nori Deo colentes. Apparet, facile eos fidem Christianam apprehensuros, si es- set qui eos instrueret, vicini enim plerique, qui in Congum & vicinam eius prouinciam commeant, ferè omnes sunt conuersi. Vicinis suis, præcipue Anzica- nis & Congianis plerunque bellum inferunt.

De

## Detertia prouincia Sundo.

C A P V T X I I .

**P**ROXIMA est hæc regni metropoli Congo S. Saluatore à Lusitanis dictæ. Confinia enim eius 40 milliaribus ab hac ciuitate incipiunt, & extenduntur usque ad Zairem fluuium, ultra nimirum eius cataractas quas supra descripsimus, ambas fluuij ripas continentia usque ad Anzicanam versus Septentrionem. Versus Orientem vero, ascendunt fluuium Zairem, usque ad eius cum Brancaris confluentes, & inde usque ad radices montium cristalli. Eius autem metropolis sita est in confiniis Pangi prouinciae versus Meridiem, non longe à cataractis vel scopolis è quibus Zairus decidit, prouinciae quoque nomen (id est, Sundi) obtinens, in qua Præfectus Regius præsideret.

Prouincia hæc primaria est, & ferè ipsius regni, ut ita dicam, patrimonium, vnde etiam aut primogenitus regis, aut alius qui ad regni successionem destinatus est, ei præficitur. Ut exēplum habemus à primo Rege Christiano Don Giovanni dicto, cuius primogenitus Alphonsus in vita patris huius prouinciae præfetus, & post mortem regni successor fuit. Quem morem reliqui successores regni obseruarunt, huic prouinciae semper præficientes quem regem post se cupiebant. Vnde etiam præsens rex Aluarus secundus, antequam pater eius Aluarus primus moreretur, præfetus Sundi aliquādiu fuit. In toto enim regno Cogiano nemo est qui hæreditates habeat proprias, ut eas hæredibus pro libitu disponere possit: sed omnia sibi rex vendicat, & dominia quibus vult largitur, aut adimit: cui legi etiam filij regi subsunt: ita ut nisi annuos regi, & constitutos reddant census, absque ullo respectu subimoueantur, & successores ferre cogantur. Ut hodierno regi olim contigit, cum dominus Eduardus in ea loca pri-  
mum veniret. Nam cum in prouinciae suæ administratione nimis esset splendi-  
dus & adeò erga subiectos sibi satrapas liberalis, vt tandem non haberet vnde censem suo tempore solueret: & ab officio & à Regis gratia deiectus est. Diuersi sunt satrapæ qui huic præfecto subsunt. Commercium quoque cum populis vicinis magnum est, sale, panno diuersi coloris ab Indis & Lusitanis al-  
lato, vna cum cochleis, quæ monetæ locum habent, in quorum commutatio-  
ne recipiunt telas ex palmarum foliis, ebur, muriū ponticarum, & martium  
pelles, & cingula ex foliis palmæ contexta, quæ in magno sunt precio. Cristal-  
lum ibi est copiosissimum, vna cum aliis metallis. Ferrum verò ipsis magis pro-  
batur, cuius comparatione omnia reliqua metallæ iudicant inutilia, cum ex iis  
neque cultros, neque arma, neque secures, neque alia utensilia in vita humana  
necessaria, confiscere possint.

## De quartâ prouincia Pango.

C A P V T X I I I .

**V**IT hæc olim libera, & suo viuens iure, sed iam propter finitima bella sub regis Congiani est tutela, eumque pro Domino agnoscit. Versus Aquilonem eadem habet cum Sundo confinia, versus Meridiem cum Batta, versus Oc-  
cidentem cum Metropoli Regia, quæ versus Orientem se extendunt usque ad montes Solis. Metropolis eius quæ ad ripam Occidentalem Barbelæ fl. sita est, cum olim Pangue-  
D lungos,

*Pangus cens-* lungos, corrupto vocabulo hodie prouinciæ nomen habet, & Pangus dicitur.  
*tas.* Secatur per medium à flumine Barbela, qui è lacu ex quo Nilus oritur & deinde ex alio minore Aquilunda originē trahens in Zairū influit. Prouincia quamvis reliquis multo sit minor, tributum tamen non pēdit minus. Neq; lingua neque moribus à reliquis Congianis, quamuis olim non fuerint sub eodem rege, differunt incolæ. Præfектus eius Manipango ex stemmate est antiquissimo nobilitatis Congianæ, & apud regem & propter genus, & propter ætatem, & propter singularem prudentiam (ultra enim 50 annos illam prouinciam absque vlla contradictione feliciter rexit) est acceptissimus, ita etiam ut maximis & secretissimis consultationibus semper adhibetur. Commercium incolarum idem est cum Sundanis.

*Barbela fl.*

### De quinta prouincia Batta, quæ olim Aghirimba.

#### C A P V T X I I I .



ONFINIA huius sunt versus Septentrionem eadem cum prædicta Pango, quæ versus Orientem trans Barbelam fl. extenduntur usque ad montes Solis, & ad radices montium Nitri, & versus Meridiem deducuntur à prædictis montibus per confluentes Barbelæ & Caringæ fluuiorum usque ad montes quos Lusitani queinados, id est, adustos vocant, Et hi sunt quaquæ versus prouinciæ huius termini, cuius quoque metropolis eodem nomine notata est. Regnum hæc olim fuit & antiquum & potens, propter verò procerum dissidia, incolæ vno animo omnes, absque ullo prælio se regi Congiano subdiderunt, vnde etiam singularibus præcunctis cæteris Congi prouinciis gaudent immunitatibus & priuilegiis, præfecto etiam ipsis ex ipsis stirpe regia, pro arbitrio tamen regis Congiani, qui vt de suo disponit, dato: Et hic in sessione regi est proximus, & tantæ autoritatis, vt in consultationibus nemo ipsis audeat contradicere: imo deficiente linea regali ad ipsum Congi procul dubio deuolueretur successio. Admouetur aliquando mensæ regiæ, sed sede minore in qua stans cibum sumit, qui honor nulli datur alij cuicunque neque etiam ipsis regiis filiis. Comitatus eius non minor est quam regius, in quo & tibicines & crotalorum inflatores regio more circumducit. A Lusitanis princeps Battæ, quod vt diximus, deficiente mascula prole in linea Regia regni successio ad ipsum sit peruentura vocatur. Semper ferè præliatur cum circumiacentibus populis paganis, contra quos simul educere potest è suis subditis circa septuaginta aut octuaginta millia militum. Et quia semper (& ferè cogitur) in armis est, concessum à rege ipsis est, vt sclopetarios proprios & ex suis subditis habeat, quod priuilegium nulli alijs præfecto datur, neque etiam filiis regis; dantur enim ipsis, si opus est, sclopetarij extranei, & præcipue Lusitani, sub regis stipendio. Cumque aliquando dominus Eduardus à rege quereret, cur aliis non idem hac in parte ut principi Battæ concederet? Respondit rex, ideo id fieri, nimirum quod si aliquando animum ad rebellionem adiicerent mille aut duobus millibus sclopetaeriorū armati, sibi vires ad resistendum non sufficiatas, atque ideo se ipsis detrahere quod rebellibus fiduciā addere possit. Et quod principi Battano id permittat, necessitate id fieri. Versus Orientem enim, ultra montes Solis & Nitri, & ad vtramque ripam Nili in confiniis regni Moenze muge habitant populi bellicosi Giaquæ à Congianis, propria vero lingua Agag dicti, furtis & latrociniis dediti, quibus hanc prouinciam cum reliquis adiacentibus saepius infestantibus, paratis armis semper est resistendum, vbi etiam sclopetarij, qui maximè ab iis timentur, magno

*Comitatus  
huius prefe-  
cti regio non  
minor.*

*priuilegium  
præcaeris.*

magno sunt usui. Habet & hic princeps multos sub se satrapas. Subditi dicuntur Monsobi corpore Macicongis robustiores, obstinatissimi, ut ex seruis inde emptis videre est. Commercium idem est cum reliquis: reditus vero & prouentus regius ex hac prouincia duplo cæteris est maior.

*De sexta & ultima prouincia Pemba.*

C A P V T X V .

 ITA hæc est in medio quasi & in corde totius regni, intra predictas inclusa, omnes enim eam ambiunt. Præfensus eius hodie est Don Antonio Manipemba filius secundus Aluari primi defuncti, & huius regis frater. Cum enim pater ipsum amaret plurimum, nihil ipsi dare potuit preciosius, præter ipsum regnum, quod & dedisset, nisi tumultum aliquem fuisset veritus, ut proprius ad se omnibus naturæ dotibus accedenti. Centrū ita hæc est regni & sedes ipsa vnde reges Congi antiquitus tra-  
sedes regni.

hunt originem, in qua quoque ipsa metropolis, quæ tamen, vt postea dicemus, cum suo territorio ab ipso rege qui suam ibi habet aulam regitur, comprehensa est. Præfensus autem prouinciæ in alia ciuitate eodem nomine dicta ad radices montium, qui adusti vocantur, iuxta Coanzam fluuium, qui ex Aquilunda lacu totam prouinciam perlungens, in mare effunditur, sita residet. In hac prouincia plerique aulici, atq; adeò tota ferè nobilitas propter aulæ regiæ vicinitatem habitant, vt tanto proprius ea quibus cum in aula versantur opus est, habeant ad manus. Sub hoc ipso etiam præfecto quidam sunt satrapæ, qui continuè ferè prælianturn cum vicinis versus Bambam prouinciam, qui Chizzamæ dicuntur: hi enim excusso imperio Congiano, suo iure viuere satagunt, atque ideo ab his premuntur satrapis, donec redeant ad pristinam obedientiam.

Et hic finem faciemus primo libro, in quo comprehensa est breuis descrip-  
tio generalis regni Congiani, & eius terminorum, vna cum particulari aliqua  
eius prouinciarum delineatione. Supereft vt pergamus ad secundum, vbi age-  
mus de ciuitate regia & eius territorio, de principio, quo rex hic ad fidem Chri-  
stianam & Baptismum est perductus, de eius & aulicorū moribus, & aliis ad di-  
sciplinam tam militarem quam politicam pertinentibus. Postea quoq; breui-

ter adiacentia regna describemus versus Meridiem usque ad promonto-

rium Bonæ spei, Regnum Prettegiani, Continentem, & fluuios  
versus mare Indicum, Nilum cum suo origine &  
incrementi, quod ignaris miracu-  
lum est, rationes perlu-  
strantes.

Argumen-  
tum secundi  
libri.



# RELATIONIS CONGIANAE

Liber secundus.

*DE SITV METROPOLIS  
quaes Congus dicitur.*

C A P V T P R I M V M.



*situs urbis.*

*Quare in hu-  
ius monte  
summitate  
sic exstruta.*

*Pars muro-  
cineta.*

VAMVIS, ut audiuimus, ciuitas haec suo modo in prouincia Pembana sit comprehensa, attamen cum vnâ cum suo territorio, quod viginti milliarium aut circiter, à rege ipso regatur, separatim de ea tractare visum est opere prearium. Cum itaque olim ab incolis Banza: id est, aula fuerit dicta, hodierno die à Lusitanis mutato nomine, S. Saluatori indigetata est. Sita est 150 milliariis à mari in monte altissimo toto saxeo (qui tam aliquid in se ferri contineat) vt vna saltem videatur rupes, cuius lapides ut durissimi, ita & ad ædificationem optimi. Mons in summitate planus est, & totus cultus & habitatus, planicie hac circa decem millaria comprehendente, vnde & campi egregij, & plurimæ domus ibi sunt extructæ, ultra decem millia habitatorum tegentes. Terra fertilis, aër temperatus & sanus, fontes exiliunt limpidissimi, aquis innoxiiis, ita vt nullo vnuquam tempore potantibus, vel nimiam causentur molestiam. Omnis generis pecudes aluntur plurimæ. Iugum eius cætera omnia circumiacentia superat, vnde & à Lusitanis Otteiro, id est, Specula appellatur. Omnes enim vicinæ regiones, etiam longinquæ versus Occidentem & Septentrionem, vbi nulli sunt montes qui visum impedian, tanquam è specula oculis perlustrari possunt. Primi autem huius regni domini, duas ob causas eam in huius montis summittate collocatam regni caput & regiam sedem esse voluerunt; Primo, quia in medio, & quasi umbilico totius regni, vnde cuius parti laboranti facilis negotio potest ferri auxilium, sita est. Deinde, quod loco sit alto, & salubri, natura etiā ita munita, vt nulla quamuis magna vis ab exteris illata, ei nocere possit. Via regia versus mare centum quinquaginta millaria inde distans, lata est & decens, vñq; ad quinque millaria strata. Et ab altera parte versus Orientem radices montis præterlabitur fluuius, in quo pannos suos lauare solent fœminæ, ad integrum milliare eo descendentes. Conuallibus cæterum vndique cultis propter & loci fertilitatem & hominum multitudinem quæ pluribus quoque opus habet, montem ambientibus. In angulo quodam versus Notum pars est muro cineta, quam olim primus rex Christianus cinxit, ac Lusitanis ut habitationem suam tutam habere possint occupandam dedit: ipse quoque palatum suum vna cum reliquis domibus regalibus

galibus cingens ab altera parte: ita ut in medio magna & ampla sit relictæ planicies, in cuius quoque medio templum metropolitanum eretum est cum suo cemeterio, quam portæ Lusitanorum & aliorum circumhabitantium aulicorum respiciunt in latere. Cæterum præter hæc duo loca muris cincta, totum iugum montis vndique est ædificiis repletum, & præcipue nobilium, quorum quisque locum suum sibi commodissimum, ut aulæ sit vicinus, capit, vrbis ferè locum cum familia capacem occupans. Vrbis Lusitanorum vt & aulæ Regiæ circuitus, ad milliare ferè extenditur; Muri sic satis lati & firmi, ut impetum aliquem sustinere queant. Portæ vero vtriusque neque noctu clauduntur, neque interdiu à vigilibus custodiuntur: alta enim ibi pax & quies. Cum tota planicies aquis abundet, ea tamen neque in aula, neque in Lusitana ciuitate quisquam vtitur, ille eti dulcedine cuiusdam fontis paulò inferius versus Aquilonem, ad quem ad teli iactum, descenditur, aqua limpidissima & saluberrima salientis, vnde eam seruorum opera vasis ligneis aut fistilibus, aut etiam in cucurbitis adferri curant. Planicies itidem vbiique fructifera, vbi non habitata, cultura est, amœnis etiam pratis, arboribus semper virentibus, & omnium generum leguminibus abundans. Præcipuum autem est semen quoddam, quod Lucum vocant, cannabis grana, nisi quod paulo sit maius, referens, quod mola manuaria subactum & pistum, panem præbet ciuibus saluberrimum candidum triticeo non inferiorem, Milium habent album, quod mazza di Congo, id est, semen Congianum vocant. Spelta vilissimum est omnium quæ habent frumentorum, quo porcos alunt: oriza quoque non magni est precij, Mazza di Manputo, id est, semen Lusitanicum (Lusitaniam enim Manputo dicunt) ab ipsis appellata. Arbores ipsis sunt & multæ & variæ, magnam fructuum producentes copiam, ita etiæ ut peregrinis aut extraneis fructibus vix habeant opus. Habent cedros, limonios, & aurantia mala ferentes gustu gratissima, ut nec dulcia sint, nec nimis acria, quæ absque villo detimento deuorantur. Et, ut magis cognoscatur loci fertilitas, refert dominus Eduardus vidisse se granum malum cedrij in ipsius mali pulpam ingestum, post quatuor dies surculum eiecisse. Inuenitur preterea in magna copia fructus Banam vocatus ab incolis, quem puto esse musam Ægyptiam & Sorianam, forma enim & gustu simillimus, nisi quod planta his in locis in arboris ferè magnitudinem excrescat; putatur tamen ab incolis ut fructus ferat suauiores, ut & sunt, & optimi nutrimenti. Variis abundat arborum generibus, plerasque tamen sub palmarum nomine comprehendunt: Eos enim non solum qui fructus nostris officinis Dattili dictos, sed & alios plures palmas nominant. Illas quoque quæ nuces Indicas Coceos, id est, Simias (intus enim simæ caput referunt) dictas, palmas appellant. Habent etiam palmas ex quibus admirabili naturæ dote, oleum, vinum, acetum, fructum & panem colligunt. Oleum enim colore & corpore butyrum, nisi quod sit parum viridius, referens, ex fructuum pulpa ut apud nos oliuarum exprimitur, quo & olei & butyri loco vtuntur, tam in cibis, quam in lucernis, & vnguentis: coctum etiam diu absque vlla corruptione seruatur. Ex fructuum putaminibus, amygdalarum putamina, nisi quod duriora sint, referentibus, suauem in venis quibusdam me- dullam habentibus, panem optimi nutrimenti conficiunt. Vinum perforata in summitate arbore, effluens, lagenis appensis, excipiunt, quod primum & colore & gustu lacti est simile, post paucos dies acredinem quandam nanciscitur, & vinum quo etiam inebriantur, ipsis est, & inde rursus post paucos dies acidum fit, & acetariis accommodum. Bibunt id plerunque cum adhuc est nouum, non solum cum iucunditate, sed magno etiam emolumento, vrinas enim pellit, & calculos comminuit, ita ut nulli ibi calculo laborantes reperiantur. Sunt & aliæ hoc nomine insignitæ, quarum fructus Cola dicitur, nuci pineæ maiori similis,

*Tota illa in  
monte plani-  
tissimæ domibus  
repleta.*

*Mira locis fa-  
cundas.*

*Palmarum  
nomine ple-  
rosque arbo-  
res nuncu-  
pant.*

*Oleū, Vinum,  
acetum &  
panem, præ-  
ter fructum  
pecularem,  
Ena min-  
strat arbor.*

pulpam quadruplicem intus colore rubicundo castanæ formæ continens, incolis quoque ad varios usus acceptissimus; contra sitim enim dentibus eū comminuant, & ad cibi potusque appetitum excitandum comedunt, stomachum enim non solum à superfluis noxiisque humoribus purgant, sed etiā roborant.

*singularis  
Cela virtus.*

Ad omnes cæterum iecinoris affectus & morbos curandos efficacissimus: & vidisse se ait Eduardus, solo succo, qui ex commandatione fructus in ore prouenit, putrefacto ferè gallinæ iecinori iniesto, ad pristinam illud & integritatem & sanitatem in momento ad miraculum restitutum. Cibum omnibus præbet communem, & cum copiosissimè crescat, paruo admodum emitur. Habent etiam palmas sylvestres varios reddentes, quos quoque in cibo applicant fructus ferentes è foliis storeas quibus domos suos pro tegulis cooperiunt, & corbes, & alia eiusmodi utensilia conficiunt. Arbori etiam Ogegha dicta, fructum gerens luteis prunis similes, optimi & saporis & odoris prouenit. Cuius

*Parietes ex  
Gruis arborei  
bus.*

ramos amputatos terræ implantant, ita coniunctim ut ferè se inuicem continent, qui radices facile agentes, paruo tempore crescunt, & crassiores redditи firmiter coniunguntur murum ligneum quasi plantatoribus præbentes. Et hoc modo domos suas muniunt, imo etiam ut muris in clauia distinguunt. Dispositis enim pro libitu hisce ramis qui murum postea faciunt, ligna leuia per transuersum imponunt, quæ primum stramine, deinde elegantissimis storeis variis modis & coloribus distinctis cooperiunt. Et hæ ipsorum sunt domus in quibus absque villa contignatione habitant. Notandum tamen est eos, tā simpliciter & pastorum potius tuguria, quam domos, ædificare, non laterum & lapidum alijsve materiæ inopia, cum, vt diximus, lapidibus non solum communibus, sed etiam aliis & durissimis & elegantissimis, quæ tantæ magnitudinis reperiuntur (luentes & iucundissimi aspectus) ut etiam integræ templæ ex iis excavatis extrui possint: ut videre est in summo templo, quod portam maximam, uno tantum & integro lapide constantem habet: omnes ferè regni montes, & præcipue hic, in quo Congus sita est, abundant. Sunt præterea montes integri ex Porphirio lapide, marmore albo, & versicolori, (quod Romæ Numidianum, Æthiopicum, aut Africanum dicitur, ex quo duæ columnæ in capella Gregoriana visuntur) laспide, alijsque lapidibus preciosioribus constantes: inter quos ad miraculum accedunt illi qui hyacinthos in venis producunt: complent hi lapides magnas latasque rupium quarundam venas, in quibus dum sunt, vñiti videntur: extraēti vero in plures minutæque partes, vt mali punici acini diuiduntur. Et si quis vel columnam vel obelum ex his rupibus vellet conficerre, lucidissimis eam gemmis videret perpolitam & ornatam. Habent & alios lapides metalla varia in se comprehendentes, qui & pro metallorum varietate sunt versicolores, ex quibus statuas, obeliscos, mensas, aliisque generis res conficer possent elegantissimas. Ita vt non sit materiæ inopia, omnibus ferè, vt diximus, eiusmodi lapidibus refertis montibus, vna cum omnibus aliis ad ædificationem necessariis: sed primum necessitate ad euitandum calorem, deinde architectorum, aliorumque artificum requisitorum inopia; qui cum templum reliquaque quæ ibi sunt ædificia erigerentur magnis sumptibus è Lusitania sunt adducti. Tamarisci, & qui Cassiam fistulam producunt, vna cum cedris, tam copiose tantæque magnitudinis ad ripos fluminis qui Congam præterlabitur ad radices montis crescunt, vt & multas & magnas inde naues conficer posint, sed ad alendum ignem quotidianum & his & aliis incredibilis, & proceritatis & crassitudinis, vtuntur. Hortos multis variisque herbis ac floribus refertos colunt, è quibus etiam legunt, præter herbas in Europæ tractibus non prouenientes, pepones, melones, cucurbitas, cucumeres, insignis & magnitatis & suavitatis.

*Domum a.  
dificandarum  
ratis.*

*Quare tam  
humileba.  
beant adifi-  
cia.*

*De origine Christianismi in hoc regno. Et quomodo commercium primò cum incolis Lusitani habere cœperint.*

## C A P V T I I.

**J**OHNES II. Lusitaniæ rex, Indias Orientales perlustrare cupiens, misit classem aliquot nauibus constantem, cum mandatis, ut littora Africæ legentes, viam vltiorem ad Indias inquirerent; qui inuentis aliquot capitis aut promontorij viridis insulis, vna cum D. Thomæ insula, tandem nauigationem suam persequentes Zairum fluuium, de quo supra diximus, repererunt, vbi nauibus ad littus admotis cum incolis, quos humanos & placidos in exteris excipiendis videbant, commercari cœperunt. Missæ postea eodem itinere aliæ naues, & mercatoribus, & mercibus nostratis repletæ: vbi mercatores quidam commercium videntes, & liberum & magni lucri, sedem vt linguam perdisserent, & melius se ad populi captum accommodare possent, figere cœperūt, vna cum presbytero: qui ex conuersatione cum Sogni prouincie præfecto in portu Prazzano ad ostium Zairi habitante, homine cordato & magni consilij, Regis patruo contraxerunt amicitiam, ipsi à principe quasi dij è cœlo ad eas regiones missi, excepti: quam opinionem de se conceptam omnibus rationibus tollere satagebant, homines enim se esse à principe suo missos, & Christians, affirmabant: atque hac opportunitate, & ipsi & presbyter qui cum ipsis manserat, cœperunt primum cum principe de Christiana fide conferre, & ostendentes errores & vanas superstitiones paganas, paulatim in fide Christiana eum instruxerunt, ad quam relictis omnibus suis superstitionibus conuersus est. Quo facto princeps Spiritu, procul omni dubio, sancto instigante, aulam regiam petit, non tam commercium Lusitanorum, quā ipsorum doctrinam veracem, & fidem regi proponens, claram & solam salutiferam, regem hortatur vt & suo exemplo eam amplecti velit: vnde commotus rex, presbyterum illum vocandum & adducendum curat, cū quo priuatim de omnibus quæ à patruo audiuerat, confert, & instructus nihil aliud quam Christianum se fieri habet in votis. Accidit autem hoc eo ipso tempore, quo naues Lusitanicæ ad discessum in Lusitaniam parabantur; qua data occasione legationem rex Congi ad Lusitaniæ regem Iohannem I. mittit, rogans, vt omnes sacerdotum ordines, aut ex omnibus aliquot sibi mittat, se enim cum omnibus suis subditis fidem Christianam amplectendam paratum esse. Presbyter quoque de omnibus quæ inter ipsis hic acta essent, Congiani iussu, in specie regem fecit certiorem. Et hoc nuncio latus plurimum Lusitaniæ rex, omnis generis religiosos cum ornamentis & ad templum & ad missificantes exornados, cum crucifixis & statuis, aut imaginibus, & aliis omnibus ad talem cultum necessariis mittit. Interim etiam, nimirum antequam redirent aliæ naues, non cessauit Sogni præfetus, neque noctu, neque interdiu, sed semper presbyterum illum Lusitanum habens ad manus, tanto cum fructu ab ipso omnia didicit, vt Lusitanis linguam nondum callentibus, ipse non solum subditos & vniuersos quos poterat incolas doceret, fidemque Christianam ita in eo regno promouit, vt tam Rex quam subditi nihil aliud, quam redditum Lusitanicarum nauium cum omnibus ad ipsorum initiationem necessariis, relictis suis superstitionibus summo desiderio expeterent. Omnia itaque votis expectata classis tandem, (quod fuit anno ab humana redemptione 1491) adueniens

*A Sogni præfecto factum est Christianismum recte prendi primopsum.*

*Lusitani Dñi putantur.*

*Regem ad amplectendum Christianismū hortatur.*

*Sacerdotes per legationem à Lusitania reges petunt.*

## D E S C R I P T I O

32

ueniens stationem fecit in ostio Zaiti fluminis, vbi princeps Sogni cum magni gaudij signis, factus ei obuius cum suis aulicis, quam amicissime salutatis omnibus Lusitanis, in sua ipsos deduxit diuersoria. Sequenti autem die, ordinante presbytero qui remanerat, exstructum est templum ex arborum truncis (quos ipse princeps cum suis seruis religionis ergo exciderat) in templi formam erectis & elegantibus supra iunctis, secundum morem incolarum stois, templum cum tribus altaribus sanctissimæ Trinitati dicatis, exstructum est, vbi deinde ipse princeps, indito Emanuelis & parvulus eius filius Antonij nomine magna deuotione & solemnitate baptizatus est, priore relicto nomine: ut enim incolæ nominibus non hominum sed animaliū irrationalium, arborum, herbarum, & plantarum, distingui & cognosci solebant: ita domini & præfecti nullo alio appellabantur, quam ipsius regni aut prouinciæ cui præterant, nomine: vnde hic qui antea nullum aliud habebat nomen quam Mani Sogno, baptizatus Christianum nomen adeptus est: vt & reliqui omnes incolæ, absurditate ipsis à Lusitanis demonstrata, fera illa nomina relinquentes, Christiana in baptismo assumunt.

Missa vero post baptismum decantata, suggestum ibi quoque præparatum, ascendit unus ex iis, qui primum ex Lusitania fuerant aduecti, breui concione lingua Lusitanica fundamenta Christianæ doctrinæ iis in terris nouæ demonstrans, quam postea ille qui remanerat, linguamque Congianam didicerat, proceribus astatibus ipsorum patria lingua repetit paulò fusius, & quia turbam conuersionis principis sui modum & ritum cognoscere satagantem, templum nō capiebat, ipse Princeps finita concione egressus, repetitaque ipsis concione quam audiuerat, summopere hortatus est vt suum quoque exemplum recepta hac vera & salutari doctrina imitarentur. His itaque peractis, ad aulam regiam Lusitani cum novo clero, vt & regem baptismò tingant, proficiscuntur, quibus ex mandato præfecti Sogni multi coniunguntur ad comitatū satrapæ, vna cum crotalis, cymbalis, tympanis, aliisque lætitiae declarandæ accommodis instrumentis, & seruis, qui Lusitanorum impedimenta & sarcinas ferant: subditis quoque præscribens, qui magna copia vndique confluxerant & totos complebant, nouos homines videndi desiderio, campos, vt per viam commeatum abunde ministrent, qui & dictis admiranda cum alacritate paruerunt: vt etiam ad miraculum usque per totum illud iter centum & quinquaginta milliarium quibus Congus ciuitas à mari distat, vias scopis quasi mundatas, & omnis generis cibis ab utraque parte repletas: incolis interim magno tumultu felicibusque acclamationibus præcedentibus & subsequentibus, viderelicuerit.

Mos enim ipsis est, quod si cottingat vt rex vel alias quispiam magnæ apud ipsis autoritatis iter aliquod suscipiat, omnes vias scopis verrunt, quem hic singulari, rex honoratos vt diximus, diligentia obseruarunt in hoc Lusitanorum itinere, quos quasi heroes aut Deos etiam, qui Regi suo iter ad beatitudinem æternam præmonstrarent reueriti sunt.

Cum peruentum esset ad locum quendam trium dierum itinere à ciuitate distantem, obuias habuerunt regis quosdam aulicos, non solum vt ipsorum comitatum augerent & redderent ampliorem, sed etiam vt itineris molestias, si possent, leuarent, qui eos exceperunt regis nomine quam honorificentissime. Quod etiam deinde aliis in locis nouis subinde à rege missis factitatum est. Tribus vero ab urbe milliaribus, à toto demum Regis comitatu, magna pompa & strepitu, vt in illa regione fieri assolet, lætitiam significante facto obuio, singulari cum honore & reuerentia sunt excepti: tanto vndique populi cursu facto, vt non solum omnes circumiacentes campi, sed & collis & arbores, qua vel eorum puluis spectari poterat, hominibus complerentur, tantum erat

Baptizatur  
Sogni prefe-  
ctus.

Qualia olim  
fuerint spfo-  
rum quibus  
dignosceban-  
tur nomina.

Princeps ipse  
subditus con-  
cionatur

Comitatus  
nouo cleri ad  
aulā Regiom  
proficiscuntur.

Mos antiquus  
honorandire-  
ges, aut quos  
rex honoratos  
vult.

Exceptiuntur  
à regis aulicis  
aliquoties.

erat omnium nouos hoscelætosque salutis nuncios videndi desiderium. Rex Rex ipse eos ante aulam regio solo insidens excipit. eos in erecto quodam tabulato, ut secundum antiquam Congi regum consuetudinem fieri solet, cum aut legatione audiunt, aut tributa accipiunt, aut aliud quippiam regalis muneris obeunt, regio throno insidens ad aule portam expectabat. Quo cū ventum est, Lusitani legatus presbytero qui remanserat interprete, legationem suam aperit, Regis sui hac in parte benevolentiam & promptitudinem declarat: cuius oratione finita, Rex surgens lætitiam quam animo ob aduentum Christianorum conceperat, & vultu & verbis una cum gestibus prodit: quem deinde vniuersa circumstant turba, eiusdem quoque gaudij particeps magno tumultu, omnis generis instrumentorum, felicibusque acclimationibus subsequitur. Et sedente rursus rege, omnes in signum obedientiae, & quod consilium regis toto corde approbent, quodque summa animi alacritate Euangelium ipsis à peregrinis istis allatum sint amplexuri, pro more recepto, ter se humi pedes in altum erigentes prosternunt. Proposita postea sunt ei dona à Lusitani rege missa, vestes, vt vocant, sacræ, altarium ornamenta, crucifixi, tabulæ sanctorum imaginibus depictæ, & vexilla, & reliqua omnia, addita & singulorum separatis magna interim attentione auscultante rege, declaratione. Quo peracto, abiit rex, & legatus quoque Lusitanus in palatium quoddam ad peculiarem hunc usum primo ædificatum receptus, reliqui autem eius comites in aliis magnatum & aulicorum domibus diuerterunt, abunde omnibus à rege commeatu suppeditato. Sequenti die Lusitanos omnes priuatim vocandos curat, ad conferendum cum ipsis de ordine in suo Baptismo obseruando, & de reliquis in tanti populi conuersione ad effectum producenda necessariis. Vbi post varia agitata consilia conclusum tandem est templum ædificandum prius, in quo baptisini ceremoniae maiori cum solemnitate peragan- tur, dato interim ad regem una cum aulicis in Christiana fide instituendis sufficienti tempore. Procurat itaque rex magna diligentia & incredibili ferè celeritate omnia ad ædificationem necessaria, ligna nimurum, lapides, calcem, stocreas, & reliqua quæ ab architectis è Lusitania ad hoc adiectis erant præscripta. Sed diabolus, qui bona opera semper vult impedita, hic quoque se exercuit, vt incipientem salutarem cursum Euangeli, quo regnum suum destructum irisciebat, rebellionem quorundam Anzicanorum qui vtrasque ripas Zairi iuxta cataraetas inhabitant, versus lacum, & regio subsunt imperio, suscitaret. Fluuius hic, vt superius annotauimus, ex altis decidens rupibus, in magnam se diffundit latitudinem, multas in ea faciens insulas, & maiores & minores, quarum singula ad triginta habitatorum millia capiunt. Qui se cum iis qui ripas inhabitant rebellibus coniunixerunt, ad ipsorum exemplum regios præfectos occidentes: atque ita feruens hoc opus quodammodo est retardatum (magnis enim ad reprimendos hos opus erat copiis, & ipsius regis auspiciis) sed proorsus impediti non potuit. Misit enim rex primo filium natu maiorem Manisundi, qui huic regioni erat præfetus, magno cum exercitu: & ipse postea re ita postulante subsecutus est: ita tamen, vt antequam proficeretur, Baptismum expeteret. Rex ante- Relicto itaque priore & magnifico opere, feliciter etiam iam cœpto, magna celeritate ipso rege in propria persona omnia procurante, ligneum est exstruc- tum templum, in quo ipse cum vxore baptismo tintus est; Regia autem Ioan- nis, reginæ Eleonoræ in honorem regis & reginæ Lusitaniæ nomen inditum est. Baptizati eodem quoque die sunt ad regis exemplum multi ex aulicis, in fide Christiana primum pro temporis ratione aliquantum instructi. Et omnibus peractis rex tandem ipse, ad subiugandos rebelles, cum quibus filius eius unâ cum Battæ præfecto iā aliquot fecerat conflictus, egreditur: cuius præsentia statim ad pristinam obedientiam præstandam sunt coacti, ita vt paucis post diebus cum filio

E magno

Filius regis  
quoque ba-  
ptizatur.

Minor natu-  
rarium regis  
Christianis-  
num nō tan-  
tum resuscit,  
sed prorsus è  
paris regno  
volleret fata-  
git.

Ipsa religio  
Chrisiana  
per Alfonsi  
latus persur-

Alfonsi à  
Sogni prefe-  
cto, tam con-  
tra fratru ca-  
lumnias, quā  
contra patris  
ra præcipue & prudentia Sogni præfecti, quem supra Emanuelis nomen acce-  
pisse, diximus. Qui summa sua dexteritate qua erat prædictus, tandem omni eum

Denuo impe-  
titus, non so-  
lum liberatur  
sed etiam in  
regium solium  
elevaritur.

magnog cum gaudio & triumpho rediret, D E O felicem hunc successum accep-  
tum ferens. Filius quoque sequenti statim die, vna cum multis nobilibus &  
equestri dignitate ornatis viris, baptismo nomen Alfonsi, primi Lusitanie prin-  
cipis assumens, tinctus est: atque ita, qua diabolus Christianam fidem impedire  
moliebatur, ea primum augeri cœpta est, omnibus præteritam victoram D E O  
quem iam primum agnouerant tribuentibus. Alia tamen, vt indefessus est ve-  
ritatis Euangelicæ hostis, eam est aggressus, per alterum regis filium minorem  
natu, qui voluptati plus quam virtuti Euangelicæ deditus professionem, quam  
pater, mater, frater, & tot regni proceres fecerant, damnans, nouam quoque do-  
ctrinam, quæ vnam tantum viro concedebat vxorem, & thorum cum hinc  
iungebat castum, rem ipsam durissimam, qui pluris affluuerat, reiiciens, vt fal-  
sam & ad regni euersionem (abolita enim polygarnia tantam non fore proge-  
niem) inuectam asserens: multis etiam ex satrapis & nobilitate huic opinioni  
fauentibus; & cum regem aggredi non auderent, filium saltem eius Don Al-  
fonsum omnibus modis conabantur opprimere. Atque ita dissidentibus in-  
ter se fratribus, quisque suas defendebat partes: Alfonso interim de feroore  
quo Christianam fidem fuerat amplexus nihil remittente, sed magno zelo, ma-  
gnaque animi constantia, omnia suæ ditionis idola igni & ferro destruente.  
Quod ægerrimè tulit frater Panghi prouincia præfectus, quem etiam, vt dixi-  
mus, maxima aulicorum eius similium pars est secuta: magis etiam excitatus fœ-  
minarum relictorum (baptizati enim cum polygamis essent, reliquas vna saltem  
retenta, dimiserant) quæ magno cum suo detimento & pudore, nouam hanc  
in regnum tam celebre inuectam religionem clamabant ploratu. Omnes itaque  
in perniciem Alfonsi coniurant, varia eius è medio tollendi agitantes consilia,  
vt qui sperabant eo occiso, religionem hanc nouam & ipsis permolestam, iri  
sublatum: atque ita crescentibus vndique odiis, accusatur tandem apud pa-  
trem, quod Christianæ religioni sit deditus, non pio aliquo zelo, sed regnandi  
cupiditate: hoc enim ipsum agere, vt Christianorum auxilio regnum patre eie-  
cto occupet. Cuius rei multa adducuntur & signa & testimonia ab aduersariis,  
in perniciem eius conficta. Quibus persuasus pater, de statu eum deponit, nihil  
etiam nisi mortem eius desiderans. Sed prouidentia Diuina ad maiora ipsum  
reservante, quorundam fano mediante auxilio, qui suadebant, ne ita inaudi-  
tum condemnaret, sed proprius omnia inquireret, periculum hoc evitauit, ope-  
rifice, diximus. Qui summa sua dexteritate qua erat prædictus, tandem omni eum  
liberauit suspicione, ita vt pater auditis rationibus, & examinatis omnibus, non  
solum principatum ei restituerit, sed etiam habuerit cariorem, hoc tamen addi-  
to præcepto, ne in posterum tam esset in pagana religione extirpanda scuerus.  
Quod sane ipse nō magni fecit, spiritu enim & maximo feroore erga fidē Chris-  
tianā repletus, posthabit is humanis, Diuina mandata, quæ omnia hęc destructa  
penitus voluit, exequenda sibi proposuit. Vnde aduersarij nouas captantes oc-  
casiones, calumnias suas augebāt indies, & semper illud ore versantes, regem ab  
ipso manifestè contemni, nouo regium filium exponebant periculo: præcipue  
cum patronus eius Sogni præfectus paucis ante diebus ad principatū suum ad-  
ministrandū esset profectus. Destituta enim aula eo qui Christianam fidem sem-  
per regi proponeret & inculcaret, tandem de ea in dubium tractus rex, & aduer-  
sariorum calumniis aures præbens, filium secundo ad se vocat, vt & administra-  
tæ prouincia, & mādati transgressi redderet rationem, mortem eius iam in ani-  
mo conclusam gerens: quam tamen denuò diuina ordinante prouidentia eui-  
tauit: pluribus enim incidentibus negotiis, eius in aulam aduentus aliquandiu  
distractus est, quo interim tempore pater senio cōfēctus obiit. Mater vero, quæ  
in fide

in fide semper constans permanerat, filium hunc vnicè diligens, omnibus eum insidiis liberare satagebat: vnde etiam dissimulata per tres dies regis morte, proceribus persuadens regem sibi dedisse in mandatis, ne quenquam ad se intromitteret, nuncios clam ad filium celerrimo itinere misit, quæ acciderant, significans, & hortans, ut omnibus relictis negotiis quamprimum ad se aduoleret. Quo ipse accepto nuncio, eadem celeritate, qua cursores illi ad se peruererant, iter capessit, & præter omnium spem & expectationem ciuitatem ingreditur, confectis uno die, & duabus noctibus 200 milliaribus Italicis.

*De successione Alfonsi, qui merito primus vocatur Congi rex Christianus, patre non admodum in fide constante.*

*De praliis cum fratre & successu, aliisq; miraculis  
qua in conuersione istius populi  
apparuerunt.*

## C A P V T I I I.

No autem die & mors regis Iohannis, & successio Alfonsi Funus &c exequia regis. iam in aula præsentis publicata est, qui etiam in propria persona funus paternum, vna cum aliis regni proceribus & Lusitanis, pompa funebri, in hisce regnis non amplius visa, ( miseria etenim, vt Christiano, & reliqua mortuorum officia sunt decantata) comitatus est. Aduersarij vero eius, qui maxima erant & aulicorum & totius regni pars, cum se in aula non vidarent tutos, conscientia nimirum stimulante, quod rege ipsorum infidias cognoscente, non impune se laturos certi, in pedes se coniiciunt, fratri eius Pangi præfecto se adiungentes. Qui cum Mozombis, cum quibus etiam viuo patre & Pangus cum hostibus, & se tum bellum gerebat, auditis hisce nouis de patris morte fratrisque in regio fratrem agredi posset, throno collocatione, pacem fecit, magnisque collectis copiis, omnibus ferè regni principibus stipatus, procedit contra fratrem, regia eum sede, si possit, de- pacem inuit. turbaturus. Rex vero eum cum paucis illis qui remanerant, consilio & prudenter senis illius Sogni præfecti Emanuelis adiutus, in regia ciuitate exspectat, paucis sane quos data fides & debita obedientia ipsa alligarat stipatus militibus. Comitatum enim suum quo tanto fratri exercitui erat resistendum, recēsens, Paucis stipatis, Alfonsus fratris in sua statim vim exercit. inuenit non accedere ad numerū decem millium, inter quos præter paucos Lusitanos, non erant vltra centū Christiani incole. Et hic eius erat exercitus, quem fraterno erat oppositurus: nec mirum est aliquos, vel omnes paucitatem timuisse, aut proflus despondisse animum. Quos tamen rex ipse constanti animo auxilijs Diuini certus, vna cum sene prædicto suo consiliario consolatus est, nullum neque noctu neque interdiu prætermittens tempus, quo non & dictis & factis animum ipsis adderet & erigeret, certiores eos faciens, quod si intrepidè hostes aggrediantur, Alfonsi milites conspectus hostium multitudine trepidantes, fratre capiunt consilia. D E V M cuius ipsi causam defendant non defuturum Atque dum hæc in ciuitate fiunt, foris accedit hostilis exercitus, qui tanto cum strepitu tam bellicorū apparatum, quam minitatiū voce vndiq; resonante, eam cingit, vt pauci illi, qui à regis stabant partibus, tam Christiani quam reliqui abiectis animis ad regem cursitarent, monentes, cum vires ad resistendum non sufficient, satis fore, vt pacis conditiones quamuis iniquas accipiat etiam relicta noua illa religione, quam in crudelium hostium cruentas incidere manus. Quibus rex, quamuis maxime commotus, sibi tamen constans magno animo ignauiam obiecit, timidos aut pusillanimos vocans, vtrò potius, si ita luberet, ad hostium

partes transire iubet, addens se solum cum paucissimis illis qui essent remansuri, non tamen humanis viribus, sed D E I auxilio omnes illas hostium copias quamuis instructissimas superaturum. Quo tamen nihil moti, sed in ignauia sua persistentes, fuga ad hostilem exercitum salutem quærere statuunt, & portam etiam egressi, obuium habent senem illum, qui cum paucis comitibus ciuitatem circumiens, hostium copias, vt sua consilia melius posset dirigere, speculabatur. Huic itaque quæ regi proposuerint, referunt, summam nimirum esse insaniam, quod ipse tam paucis adiutus, vitam & facultates adducat in periculum contra copias tam magnas, & ita animatas, vt etiā vel maximo exercitu ipsis vix possit resisti, & satius esse pacem, vel iniquis accipere conditionibus, quam tam manifesto & insuperabili se exponere periculo, ipsi hoc quod sentiebant persuadere cupientes. Sed frustra: Regis enim secutus exemplum constanti animo ad sanius hortatur consilium, monens, non tam cito esse desperandum, sed intuendum I E S V M C H R I S T V M mundi Saluatorem, cuius fidem tanto cum zelo & gaudio sint paucis ante diebus amplexi, qui etiam suis non sit defuturus: nec temere reiiciendam doctrinam tot tantisque ipsius D E I testimonii & miraculis confirmatam: neque ita maturandam fugam, præcipue cum res ipsis sit non cum peregrinis, non cum incognitis, sed cum propria sua natione, cum propriis suis parentibus & consanguineis, ita vt necessitate ita urgente non sit defuturus, & deditio & pacificationi locus. Me quæso (inquit) aspicite, meamque ætatem, qui centum ferè iam natus annos, arma in defensionem religionis Christianæ, & ad præstandam regi meo obedientiam gero: & vos in ipso vestræ ætatis flore viribus adhuc integris, tam eritis vecordes, & ignavi, vt & religionem salutarem, & vestrum regem, cui & à D E O & à natura estis obligati, deserere sustineatis? Ne quæso hoc vñquam vobis accidat. Aut si hæc animo stat fixa sententia, declinandi præliū ne hostium regis vestri contra vos exacerbetur animus, aut si tam estis timidi, vt ne hostium quidem aciem aspicere valeatis, manete saltem apud nos quieti, ne & reliquis animis concidat, & primum expectate congressum, data post æquè vt nunc pro libitu salutem aut fuga, aut transitione quærendi copia. Quibus verbis deficientes eorum animos ita penetravit, vt pudore suffusi retro vestigia cum ipso Emanuele legerent, quiduis potius pati, quam D E V M agnatum, regemq; suum naturalem deserere parati. Regem itaque quærunt, quem in templo precibus occupatum videntes, donec egrediatur exspectant, vbi tum eo egresso ad pedes eius, culpam deprecantes, procumbunt, tantamque in posterum promittunt virtutem & constantiam, vt nemo nisi mors se à rege suo diuellere possit. Quos rex beneuole recipiens, omnia antea se obliuione oblitteratum promisit. Cæterum videns hos quasi in nouum auxilium, à D E O preces suas exaudiente, missos, toto ei corde tacite primum gratias agens, totum se adeoque vitam ipsam amplificando, eius in hisce terris, cultui deuouens, in talia demum verba erumpit: Scio D O M I N E, credoque potentiam tuam esse infinitam, & talem, cui nemo resistere possit, quod paucis multum efficere, & multos in robore suo confidentes, confundere possis: vnde non dubito quin insuperabilita tua potentia mihi cum paucis iisque infirmis, & animo iam ferè labantibus, sis adfuturus, vt non solum hosce armis & multitudine sua ferocientes, reprimam, sed & aliud maius ad nominis tui gloriam, si opus fuerit, prestare possim. Vnde & sancte promitto, me toto vitæ meæ tempore, quantum in me erit, doctrinam tuam salutiferam propalaturum, vt Nomén tuum sanctum innotescat omnibus, & regnum tuum numero fidelium crescat quotidie. Et in huius rei testimonium statim erigendam curauit in medio planicie è regione templi crucem altissimam, quam pater quidem voverat, sed morte præuentus nondum exerat: cleuabatur hæc 80 spithamas supra

*Ab Emanuele Sogno praefato retrahuntur.*

*Oratio & & o-  
rum regis.*

Supra terram cum transuerso ligno commode proportionis, ita ut inimicis quoque ad radices montis castrametantibus, magno cum ipsorum dolore fuerit conspicua, De vs autem fidem eius ex qua pium hoc votum erat profectum cognoscens, visione aliqua cœlesti qua eum consolaretur efficacius, reliquorum rumque labascentes alias animi erigerentur, cum dignatus est: subito enim circumquaque magno circumfunditur lumine, quo viso ipse statim in genua prouolutus, manus & oculos cœlum versus eleuat, lachrymis cæterum singultibus ita erumpentibus, vt ne verbum quidem proferre posset. Circumstantes vero subito hoc signo & fulgore, non solum attoniti steterunt, sed oculi ipsorum ita læsi, vt aliquo temporis spatio splendore oculorum radios superante ac hebetante cæci remanserint. Et post reddito visu oculos sursum eleantes, quinque lucidissimos & rutilantes gladios in nubibus viderunt apparentes: atque ita consolabantur quidem, sed quid hæc sibi vellent, vt nondum miraculis eiusmodi assueti ignari. Rex etiam postea horum gladiorum figura pro insignibus vñs est, & toti posteritati, cū antea nullis insignibus vñi solerent, reliquit. Crux quoque ibi erecta, hodierno die (renouata tamen) visitur in planicie, & templo nomé dedit, vt sanctæ Crucis templum, tam ab incolis quam à Lusitanis, appelleatur. Hoc itaque signo, vt diximus, animi regiorum militū ita creuerunt, vt mitente post Pango, id est, Pangi præfecto legationem, qua regem vna cum omnibus qui eum sequebantur monebat, vt si salui esse vellent, deditioñem facerent, dominum suum, nempe Pangi præfectum regem agnoscentes, in ipsius nomen iurarent, & denique nouam illam religionem desererent, aliás enim omnes internecione perituros: intrepide responderent; paratos se esse vitam ipsam cum sanguine in defensione regis sui legitimi, & Christianæ fidei profundere. Rex quoque respondit legatis, iubens, vt fratri suo nomine referant: nihil se eius facere minas: dolere cæterum ex animo fratris vices, quod in tenebris salutis priuatus luce degat: regnum ad se legitimate deuolutum, nullis usurpari à se fraudibus, atque ita bona conscientia nixum confidere se in Deo iusto & misericorde, qui cum eum & ad lucem & ad regnum vocârit, in utroque etiam contra totius mundi, nedum contra fratris furorem sit conseruatus. Rogare etiam se vt fratrem, iniusto & contra Deum & contra naturam bello desistat, & relicto dæmoniorum cultu vñà cum ipso viuenti Deo inseruiat, fore enim, vt ita Deus filius fiat, & hic & in altera vita felicissimus: sin minus, quamuis magno suo sibi placeat comitatu, fore tamen eum Deo exosum & ubique miseratum. Atque ita dimissis legatis, varia dona suis vt eos tanto haberet & alacriores & paratores diuisit: quibus & ipsi singulariter gaudentes omnem operam, vt antea fideliter se nauaturos, promittunt. Nocte autem in sequente media ferè infimæ plebis pars periculum verita, clam ad Pangianum exercitum timoris plena profugit: indicans in ciuitate omnia esse confusa, regem vna cum suis ita cecidisse animo, vt nihil nisi fugam, in qua vñica salus, meditetur, deterri tamen periculi in ipsa fuga magnitudine, cum nulla alia pateat via, quam ea quæ (vt supra etiam diximus) ab Orientali parte ducit ad fluuium, qui milliari ab vrbe distans, radices montis præterlabitur. Et sane re ipsa omnibus ita videbatur, omnibus vndique à Pangianis militibus custoditis viis, vt nullus ex vrbe pateret exitus præter illam viam, in qua erat stagnum sclopeti iustum & longum & latum, duobus aut paulo plus pedibus profundum, & hac saltem noctu pateret exitus. Vnde Pangi præfetus fidem his habens, ne vllus prorsus fratri patet exitus, paludem illam palis præacutis sub aqua latentibus compleri iussit, & vt si egressum noctu tentarent, obseSSI iis configerentur, aut ad minimum ita incauti laderentur, vt dolore & debilitate impediti non longe fugere possent, sed facile retracti omnes vt minatus erat internecione perirent. Noctem itaque

*Miraculo di-  
uitus dato  
confirmantur  
omnes.*

*Caduceator à  
Pango in Gr-  
bem dira mi-  
nitans nisi &  
religionem  
abstinent, &  
se pro rege  
agnoscant,  
mittitur.*

*Plebis pars  
noctu profun-  
git.*

*Infida Pan-*

illam magno transigit gaudio, auroram expectans, tam interim certus victoriarum, vt etiam inter exercitus sui proceres & duces, omnia ciuitatis bona diuidaret, dominia constitueret, & officia distingueret: Alphonso interim fratre, in operatione persistente. Summo ergo mane urbem à parte Septentrionali magno cum impetu & clamore aggreditur, hac enim latissimus copiis suis patebat accessus, quem neminem impeditur sperabat. Resistente verò ibi rege cum illis qui cum sequebantur, antequam in regis proueniret conspectum, vicit & in fugam magnocum suo suorumque, & damno & dedecore actus est, ita etiam, vt ipse rem tam insperatam, se nimirum à tam paucis loco etiam ferè iniquissimo, quod campo duo millaria lato vbi copias suas explicare, fratremque facile circumuenire poterat, considerans, obstupesceret, & tandem victoriam aduersiorum non virtuti, sed casui cuidam ascribens, tentandam rursus censem aleam.

*Secundò urbem aggressus uidem fugatur.* Sequenti itaque die, eadem & cautius, eos aggreditur via: sed infelici quoque euentu, eodem enim modo vicitus effuse fugere coactus est, ita vt & ipse facilè miraculum agnosceret. Et illis qui in ciuitate erant (erectis nimirum viatoriis tam insignibus) fugacitatem hostium palam & è muris ridentibus, respondent Pangiani, non ipsorum se debellari, & vinci virtute, sed mirabili cuiusdam virginis aciem ipsorum praecedentis, splendore se excæcatos ab equite equo albo insidente & crucem rubram in pectore gerente. summa vi in fragam cogi. Quod audiens rex, fratri nunciari iussit, virginem illam esse Matrem h[ab]ilij D[omi]ni. quem ipse sit fide comprehensus, & equitem illum esse D[omi]nacolum, ambos à Deo in suum auxilium missos. Si itaque & ipse velit Christianam amplecti fidem, habitum hos propitios adiutores & defensores in omnibus: si minus, semper ipsi fore contrarios. Ridens autem frater Pang[us] praefectus, quasi fabulis vellet rex suum stabilire regnum, noctu ciuitatem ab utraque parte magna vi aggreditur, fore speras, vt ciuib[us] ab utraque parte se defendantibus, liberum sibi ab altera sint concessuri ingessum. Mandat itaque copiis suis ab ea parte à qua iam bis fuerant repulsi, ingressum moliantur, ipse interim montem circumit, illam tentans viam qua ad fluuium versus Orientem descenditur: sed infelix quoque ipsi hic & euentus & exitus. Nam ipso non satis diligenter properante: quippe, prius insidias miserè perit.

*Tertio non solum fugatur, sed prius insidias miserè perit.* qui victoriam certam conceperat animo, illi qui latum sunt campi ingressi, statim fusi & dispersi sunt: & magno demum ab altera parte accedenst tumultu, ad quem fugatis cæteris omnes in Orientalem hanc partem reprimendum concurrunt; non solum fugatur, sed tāta etiam furia premitur, vt nullam inueniens viam, tandem ipse in laqueos quos fratri & Christianis posuerat, incideret, in iisque miserè animam cum sanguine efflans periret, palis nimirum quos in lacu illo abscondi curauerat, præacutis, & præsentissimo veneno, quod sanguinem contingens, mortem statim inueheret, infixus hærens. Qua victoria, vt & fratri morte rex omni liberatus est timore & periculo, nemine prætereale opponente; sentiens autem eos, qui fratri arma fuerant secuti, iam de sua dubitate benignitate, ita vt libere ad se transire non auderent, conscientia enim ob admissum facinus stimulante, benignitate sua eos præuenire statuit, per nuncios hortans, vt ad se regem suum naturalem redeant, omni à sua parte, dummodo posthac fideles in officio persistant, offensa abolita: atque ita, omnes ad præteritam obedientiam excepto tātum primario exercitus fraterni duce Manibanda qui proditionis in rege reus coram ipso nisi peculiari accepta (vt postea etiam ei in specie data est,) venia comparere non fuit ausus, redierunt. Venia autem data erat Manibanda, ea conditione, vt in signum veræ pœnitentia, labore suo templi structuram, quantum posset, promoueret: qua in re tam constanter perseverauit, vt quamuis rex ipse eum de hac absolveret, non prius destiterit, quam tota structura absoluta, factus post & humilimus & deuotissimus Christianus.

*Regis erga b[ea]tes Victos clementia.*

stianus. Pacato hoc modo regno, mandat rex, ut templum sanctæ crucis, à <sup>Templum S.</sup> cruce è regione ereta, & quod primus fundamenti lapis S. Crucis die sit iactus, <sup>crucis omni-</sup> sic nuncupatum, exstruatur omnibus cuiuscunque status structuram pro virili <sup>bis adiuua-</sup> promouentibus: virisque iniungit ut lapides, fœminis vero ut arenas confe- <sup>tibus astifica-</sup> riant. Quia in re vt tanto magis incitarentur, ipse rex cum coniuge proposuit ex- <sup>tum.</sup>emplum. Propriis enim humeris ad lapidinas accedens, corbem lapidibus re- pletum, primus in locum præscriptum à clementariis attulit: Regina vero pri- ma ad fluuim descendens corbem itidem arenis repletum effudit, quorum ex- emplum deinde omnes promiscue magno feroore & alacritate sunt imitati, ita ut tota structura breui temporis spatio absoluaretur, missæ magna deuotione celebrarentur, & crescente Christianorum numero, tot quotidie ad recipien- dum baptisimum confluarent, ut vix sacerdotes sufficerent. Dimissus quoque <sup>Lusitanæ</sup> est quām honorificentissimè regis Lusitanæ legatus, qui ad ea vsque tempora <sup>regis legatus</sup> propter continuos motus in aula permanserat, ut vna cum ipso etiam alia à <sup>dimititur.</sup> Congi rege missa legatio in Lusitaniam, cui præfecit Congianum quendam Rodrigo dictum, cum aliis suis familiaribus & consanguineis, tum ut regem Lusitanæ redderent de omnibus certiorem, tum ut vna cum lingua mysteria Christianæ doctrinæ penitus cognoscentes, post reditum maiori cum fructu incolas docerent.

Congregatis præterea omnibus regni sui præfectis & satrapis, iniunxit, ut <sup>Idola omnia</sup> quicquid non solum domi, sed etiam in tota ditione haberent idolorum aut a- <sup>in Enum lo-</sup> liarum quarumcunque rerum in doctrina Christiana prohibitarum, in locum <sup>cum conferri</sup> præscriptum delatum deputatis ad id viris consignarent, minitans se, si quid oc- <sup>curat.</sup> cultarint, absque ullo respectu capite mulctaturum. Quod mandatum statim magna cum diligentia compleri coepit, ita ut intra mensis spaciū, omnia idola, ab ipsis adorata, & pro diis habita, in vna sint cōportata locum. Vbi varia deorum erat videre genera, quoquo prout libebat, absque vlla regula, modo aut ratione deum sibi quē adoraret eligēte. Variæ adferuntur dæmonū turpissimæ & terribilissimæ figuræ: Dracones etiam viui quos magna diligentia magnisque impensis, vel optimis cibis nutriuerant. Colubri quoque & serpentes horrendæ magnitudinis. Hirci quoque & tigres, aliaq; animalia mōstrosa, hoc persuasum habentes, quo terribilia erant, tanto diligentius esse veneranda. Afferebantur & aues plerisque immundæ, & nocturnæ, herbæ, arbores, diuersi characteres è ligno vel lapide confectæ, aliæ denique figuræ inuenerabiles, vel in ligna, vel in saxa insculptæ, & vt breuiter totam ipsorum depingam deuotionem, non solum colebant ligna, saxa, animalia, tum viua, tum mortua, sed etiam ipsas animalium pelles stramine completas. Cultus quoque ceremoniæ erant diuersæ, omnes tamen ad humilitatem demonstrandam tendentes, ut sunt fæcere genua, in faciem humili procumbere, faciem puluere foedare, & similia offerentes, cæterum idolis suis quæ quisque meliora & preciosiora possidet. Habent & suos sacrificios, qui simplici populo persuadeunt, deos illos omnia habere in suis manibus, exaudire preces, & omnia largiri: & si quis à morbo in quo horum deorum implorasset auxilium, liberatur, ipsis propitiis acceptum ferendum docent, sin minus, iratos affirmant, & optimo quopiam munere illato placandos. Et hoc est quicquid de Muciconghorum religione aut superstitione antequam ad Christianam peruenirent fidem, cognoscere potui. Congestis autem, ut diximus, omnibus hisce abominandis imaginibus, & diis: alio edicit mandato rex, ut ligna quisque pro facultatibus in locum quo prælium præteritis diebus erat commissum, vnum in aceruum conferrent, quibus postea impositos deos omnes in cinerem redegit, quorum loco subditis suis depictas cruces, sanctorum imagines, & res eiusmodi à Lusitanis allatas, dedit, imponens etiam præfectis, ut fini- <sup>Omnia Idola</sup> guli <sup>Vulcano tra-</sup> duntur.

guli ad suum exemplum in sua prouincia templum ædificant, & cruces erigant, tandem vniuerso populo significat, se legatum misisse in Lusitaniam, vt adducant sacerdotes, qui doctrinam Christianæ fidei quotidie sint proposituri, vt indies in ea crescant & proficiant, vtque adferant diuersas D E I, virginis Matris, & Sanctorum imagines, quos inter ipsos sit distributurus, bono interim ipsi essent animo, cœpto fidei cursui constanter insistentes. Exstruenda præterea rex hic tria curauit templa sumptuosissima; primum Saluatori pro gratiarum actione, propter tam incredibilem victoriam, qua fratrem cum omnibus fidei Christianæ hostibus superaratur, in quo Regum Congi usque ad hæc tempora est sepulchrum: secundum Mariæ adiutrici, proptera auxilium contra hostes allatum: tertium D. Iacobo in miraculi memoriam, quod pro Christianis pugnarit, dedicatum est. Adueniunt interim naues è Lusitania, multis variisque monachorum reserta examinibus, aderant Franciscani, Dominicani, Augustiniani, alii que multi, qui magna diligentia & feruore, vt assolent, doctrinam Catholicam proseminarunt, ita vt omnes totius regni incolæ, una cum vicinis quibusdam nationibus eam amplectentur, vt & in hodiernum usque diem durat.

*Tria templa  
sumptuosa...*

*Nova mona-  
chorum aduo-  
lante examt-  
na.*

**D**e Alfonsi regis morte, & de Don Petri successione. Quomodo Insula D. Thome primum sit cœpta habitari, & de eius Episcopo è Lusitania missso: aliisq; rebus, quæ paulò post acciderunt.

C A P V T I I I I .

*Morsens rex  
filio Christia-  
nam religio-  
nem commen-  
dat.*

*Sub Don Pe-  
tro insula S.  
Thome habi-  
tarasca.*

*Episcopus è  
Lusitania  
missus singu-  
laricungau-  
do ab omni-  
bus excipimus.*



E G E autem omni diligentia in hoc solum incumbente, ut crescens in sua regione Christiana fides nunquam aboletur, placuit D E O eum ad se ex hac misericordia valle euocare, morbo præmisso placido, ne nimium torqueretur. Qui toto eo tempore quo decubuit, Christianæ religionis incrementum agitans animo, de ea cum circumstantibus tanto cum feruore contulit, vt satis omnibus ipsam Christi Salvatoris crucē penitus cordie eius impressam esse appareret, filio Petro eam præ cæteris omnibus ad regnum feliciter administrandum necessariis commendans; & tandem ita exspiravit, vt mors ipsa totam vitam decoraret, relinquens successorem verè patrissantem, in religionis præcipuè negotio, filium. Quo regnante nauigatio illa crescente indies nauium eò commeantium numero, aucta, est & insula S. Thomæ, cum saltem in littore versus continentem à paucis quibusdam habitaretur pescatoribus, interior parte interim tota deserta, mandato regis à Lusitanis habitari cœpta est, & processu temporis & habitatoribus & commerciis aucta, tandem Episcopo à Rege misso, vt & Lusitanis & Congianis in fidei negotio præcesset, decorata est. Qui cum in Congum primo ad capessendum munus episcopale traiiceret: incredibili latitia & honore, tam à rege quam ab incolis est receptus: toto 150 milliarium, quibus, vt & antea diximus, Metropolis à portu Prazano distat itinere, via non solum emundata & complanata, sed & elegantissimis storeis regio mandato, ita vt terram pedibus non contingeret, tecta; & quod magis adhuc erat admirandum, ab utraque parte viris, mulieribus & infantibus, arbores, & omnia loca paulò editiora comprehendibus, septa, qui non solum episcopum vt hominem sanctum, quasi à D E O missum videre, sed etiam aliquo munere donare, aliis agnum, aliis hœcum, aliis pullos gallinaceos, perdices, & pisces aliaq; multa offerentibus, vel-

Ient, se tanto si reciperet beatores existimantes. Est & hoc præter cætera memorabile, quod in hoc itinere quam plurimi vtriusque sexus homines, tam par-  
uuli quam magni, senes etiam usque ad octuaginta annos nati, sese episcopo ob-  
tulerint, obnixè rogantes, vt se sacro Baptismi lauacro tingeret, idque tanta  
cūm pertinacia & feroce, vt non nisi voti compotes facti absisterent; in quem  
vsum episcopus semper cogebatur habere aquam, salem & alia ciuiusmodi ad  
manus, tantoque diutius huic itineri immorari. Post varia tandem & deuotio-  
nis & lætitiae in itinere experimēta quæ hic breuitatis causa omitimus, ciuita-  
tis territorium ingressus obuium habuit cum rege, & toto eius comitatu vni-  
uersum vrbis clerum, à quo solemnī processione in templum sancti Crucis pri-  
mum deducitur, vbi actis D E o gratiis, diuersorum à rege ipso præparatum in-  
gressus, non multos ibi otiosos consumpsit dies, sed statim officium suum fecit  
in ordinanda & confirmando ecclesia, quemque tam monachos, quam presby-  
teros sui admonens officij. Templum sanctæ Crucis nomine indigetatum, vi-  
ginti & octo habens canonicos cum diaconis, organo præterea & campanis, a-  
liisque ad cultum requisitis instructum, Cathedrale nunc upauit. Atque ita nul-  
li labore parcens, vt vinea D O M I N I excoleretur, & nulli non periculo si res po-  
stulabat, resistens, frequenter ab uno in aliū locum, relictis semper vicariis,  
tandem moritur, & in Insula D. Thomæ sepelitur. Huic succedit alius in Con-  
go residens, Æthiops, ex regia stirpe oriundus, ab Alfonso rege olim in Lusita-  
niam, deinde Romanam, vbi vnā cum Christianæ doctrinæ mysteriis Latinam  
quoque linguam perdidicit: vnde rediens, & nauem egressus, Congum versus  
ad capessendum ad quem vocatus erat episcopatum, directo itinere, ei pri-  
usquam Congum pertingere potuerit immoritur. Quo defuncto, & regno ali-  
quandiu absque pastore & episcopo remanente, moritur etiam prædictus rex  
Don Petrus absque hæredibus, successorem relinquens fratrem Franciscum,  
qui paulò post eum subsecutus, post quem quintus rex Christianus coronatur,  
proximè ad regium accedens sanguinem, Jacobus nomine, vir magnanimus &  
bellicosus, virtute, prudentia, & consilio clarus, & quod est præcipuum, Chri-  
stianæ fidei constantissimus assertor, ita vt paucos post annos in vicinis quoque  
terriss ubiugatis incolis, eam quoque propagaret. Erat præterea Lusitanorum  
singulariter amas, vnde & habitu patrio relicto, eorum se in ore vestiuit; in quo  
vestitu, vt & in palatij sui ornatu erat magnificentissimus, insigniter præterea  
tam ergo Lusitanos, quam erga Congianos liberalis, ita vt ab omnibus amare-  
tur impensisimè. Bis terve uno vsum vestitu, non amplius eum in duebat, hono-  
ratos eo volens amicos, pannis se vestiebat preciosissimis, nulli parcens sum-  
ptui, magnos cara decere existimans, vnde omnis generis telarum sericarum  
& preciosissimarum quæ aliás in illa regione nunquam erant visæ, affatim ma-  
gno lucro è Lusitania adferebantur.

Sub hoc rege tertius creatus est insulæ D. Thomæ & Congi Episcopus, Lu-  
sitanus natione, qui & solitis gaudiis & ceremoniis, vt præcedentes est ab inco-  
lis est exceptus, & in eodem S. Salvatoris introductus. Diabolus autem augmen-  
tū hoc Christianæ fidei ægræ ferens, zizania sua tunc quoque seminare aggredi-  
ditur, accensis inter regulares, canonicos & monachos, & nouum hunc episco-  
pum simultatibus, deinde odiis, quæ in manifesta dissidia erumpabant. Cano-  
nici enim & monachi tanto tempore hortatore & monitore episcopo desti-  
tuti, & pro libitu omnia aut facere aut intermittere assueti, iniquè ferebant se  
ab Episcopo reprehendi, & eò tandem venerunt, vt unoquoque se Episcopo pa-  
rem, aut etiam maiorem existimante, iussa eius & monita exequi detrectarent,  
quamuis maximo ecclesiæ & scando & detimento, vnde mirum non fuit dis-  
sidia aperta oriri, Episcopo suum munus exequi, dignitatemque suam tueri sa-

F tagente.

Baptismum  
in stucere pe-  
tunt.

A rege ipso  
excipitur epi-  
scopum.

Templum ca-  
thedralē.

Moritur pri-  
mus episco-  
pus.

Secundus et-  
tam in seine-  
re moritur.

Don Petrus  
rex absque  
hæredem asce-  
dit.  
Cus frater  
succedens, non  
dix est super-  
stes, regno ad  
Jacobum que  
quintus fuit  
Christianus  
rex deuolutio.

Mutat habi-  
tum.

Dixit di-  
cendum  
inter episco-  
pum & cle-  
rum.

tagente. Rex autem ut erat amantissimus doctrinæ Christianæ, Episcopi fau-  
bat partibus, refractarium clerum ad obedientiam suo Episcopo præstandam,  
*Diminuto cle-  
ro religio fia-  
gescit.* hortans, & resistentes in Lusitaniam captiuos transmittens. Atque ita ordinari-  
bus illis diminutis, partim regis captiuos emitentes imperio, partim propria  
cleri malitia, (tam enim in nimia sua licentia obduruerant, vt potius quam fer-  
rent Episcopum, muneri suscepto renunciantes in Lusitaniam cum corralis fa-  
cilitatibus redirent,) Fides Christiana quæ tam subito in iis regionibus excre-  
uerat, paulatim clericorum culpa labefactata est.

*Hoc rege de-  
functo cōten-  
tiones crue-  
ta inter regni  
proceres o-  
riuntur.* Hoc vero non contento Alar-  
store noua omnia turbandi in hoc regno datur occasio, cruentis inter proceres  
& subditos regni natis discordiis. Piè enim hoc rege defuncto, tres vno momē-  
to dissentientibus proceribus eliguntur successores. Primus fuit defuncti regis  
filius, verus regni hæres, sed paucis gratus, vnde & vno die & rex salutatus &  
occisus est. Remanebant itaque reliqui duo, quorum alter rex salutabatur ple-  
raque & aulicorum & plebis vota à suis habens partibus, sed præter exspectatio-  
nem Lusitanorum & aliorum paucorum ex nobilitate, qui tertium ad hoc re-  
giæ dignitatis fastigium eleuatum cupiebant, vnde facta coniuratione tem-  
plum, vbi rex salutabatur, & solitis ceremoniis coronabatur, alterum quem ipsi  
nolebant, ingressi eū tumultu quasi ex improviso excitato, sub ipsis votis & ac-  
clamationibus obtruncant: sibi persuadentes, hic occiso, & nemine præter il-  
lum quem ipsi cupiebant ex regia progenie superstite, eum necessariò regem  
creaturn iri. Illi autem, qui econtra regi iam omnium ferè votis creato faue-  
bant, conscijs Lusitanorum & aliorum ex Congi satrapis erga eum odij, &  
quod alterum electum mallent, seditioni quæ hinc oriri posset obuiandum sta-

*Duo eodem  
mēto occidun-  
tur reges di-  
uersi in locis.* tuunt: morte nimirum eius, quem Lusitani promotum cupiebant; sperabant  
enim fore, vt eo mortuo Lusitani coniunctis cum ipsis votis suo regi essent ac-  
clamaturi. Inscij itaque Lusitanorum consilij sicarios ad eum è medio tollen-  
dum, mittunt, qui mandatum exequuntur strenuè, eodem ferè momento quo  
Lusitani quoque ignari, suum regem in templo, vt diximus, obtruncant. Qui-  
*Lusitanorum  
sanguine, oc-  
cisoriū regum  
manibus pa-  
rentantur in-  
cola.* bus rebus etiam commotus populus, & cernens vno eodemque momento se  
tota ferè regia stirpe orbatos, ira in Lusitanos accenditur, iisque hanc sanguini-  
nis regij effusionem acceptam ferens, quoscunque ibi inuenire poterant com-  
prehendunt (exceptis tamen sacerdotibus, quibus propter officij reuerentiam  
parcebant) omnesque regiis manibus offerunt eorum sanguine parentantes.

Ne autem noui ex hoc diuturno interregno orientur motus regno priuato  
*Henricus don-  
Petri frater  
rex salutatur.* hæredibus, fratrem domini Iacobi, regis supra defuncti Henricum eligunt, qui  
kopias educens contra Anzicanos auditis hisce dissidiis Congianum iugum ex-  
cutere se posse temere sperantes, vicarium aut administratorem reliquit Al-  
uarum quendam 25 annorum iuuenem, vxoris suæ ex alio marito filium. Qui  
quoque paulo post rege in prælio defuncto, & vna cum ipso tota extincta linea

*Aluarus huic  
in prælio con-  
tra Anzica-  
nos occiso suc-  
cedit.* regia, communis omnium incolarum suffragio rex Congi salutatur. Erat hic  
Aluarus vir mansuetus, & optimi iudicij: vnde & statim in hoc incubuit, vt re-  
gnum omnibus suspicionibus turbulentis purgatum in pristinam tranquillita-  
tem reduceret: conuocatis itaque Lusitanis omnibus, tam clericis quam laicis,

*Huius dili-  
gentia & hor-  
taru Congia-  
ni Lusitanis  
reconciliati-  
tur.* hincinde per prouincias, & propter motus, & propter timorem è laniena Con-  
giana conceptum, dispersis, eos coram omnibus regni proceribus excusauit  
publice, rationes afferens varias, quibus, vt & res ipsa erat, eos ne minimam qui-  
dem præteritis motibus præbuuisse ansam asserebat: quod etiam deinde tam  
regi Lusitanæ, quam D. Thomæ Episcopo per litteras significauit, orans, vt in  
polsterum, sicut ante fecerant, amicè cum suis absque ullo periculo aut timore  
conuersentur. Quibus litteris omnes tam incolæ, quam Lusitani singulari af-  
fecti sunt gaudio, & omnibus ab utraque parte suspicionibus abolitis, rursum vt

ante

antè libere commercati sunt. Episcopus etiam qui propter præteritos tumultus in Congū traiicere non fuerat ausus, tandem quoque eò ad capessendum munus est profectus, in hoc incumbens, vt si qua in vtrorumque animis remansisset suspicio, eam autoritate & præsentia sua prorsus deleret, tum etiam vt statum ecclesiasticum ferè iam collapsum salutaribus suis præceptis & monitis restauraret: & voti factus compos in insulam D. Thomæ rediens, in morbum incidit, quo etiam periiit, Episcopali sede tertio iam aliquandiu vacua relicta, magno quoque cum reipublicæ Christianæ detimento. Contigit enim vt ad ingenium absque inspectore redeunte clero, Christiana fides tam in regis iuuenis adhuc indocti, & ad voluptates proclivis, quam in cæterorum & aulicorum & plebeiorum corde refrigesceret, rege præcipue ad cuius exemplum omnes componebantur subditi, iuuenum quorundam sui similium verbis magis magisque excitato, & iam de ea publice relinquenda agente. Erat enim inter alios qui cum ipso versabantur familiarius, cōsanguineus eius Franciscus Bullamatare, qui confidentior reliquis, propter genus & honores, quos quotidie assequebatur, factus non solum priuatim apud regem, sed etiam publicè apud populum, sæpius declamabat, vanam esse religionem, & in regni perniciem introducetam, quæ polygamiam prohiberet, satius itaque esse, vt ad antiquam, sub qua & multitudine virûm & opum magnitudine reliquas omnes nationes antecesserant, repeatant: totamque hisce clamoribus aulam cum ciuitate, vniuersoque adeò regno commouit, vt vel minimum abesset, quin omnes, uno animo publicè doctrinam illam tanto cum desiderio & zelo prius apprehensam abiicerent, & vt impiam condemnarent. Quod malum tamen De vs tandem singulari quodam auertit miraculo, quo titubantes omnium animi in fide Christiana rursum sunt confirmati. Ferociens enim & propter regiam, vt diximus, consanguinitatem elatus Franciscus, tandem peccatis suis & blasphemias immoritur, & regis iussu, quamvis manifestæ hæreseos notatus, in templo S. Crucis honorificentissime sepelitur: vbi res mirabilis & incredibilis ferè, ad erigendos, vt diximus, in fide deficientium animos accidit. Nocte enim intempesta mali spiritus magno cum tumultu tectum templi confractis & dilaceratis storeis comminuunt, & templum subintrâtes, exangue cadauer è tumulo extraictum auchunt, ita vt mane, magno cum terrore tectum templi viseretur ab omnibus mire dilaceratum, corpore interim defuncti nusquam apparente. Hoc regem, reliquosque maximè ad pœnitentiam induxit quidem, sed rex cum iuuenis adhuc & absque vxore esset legitima, deficiente quoque hortatore episcopo in voluptatibus suis permanxit, donec aliis pœnis diuinitus immisis retractus est.

*Descriptio populorum quos Giachas vocant, de eorum conditionibus, armatura, aliisq; moribus, quomodo urbem regiam cœperint.*

C A P V T V.

V X T A primum Nili lacum, in prouincia quadam regni *Giachas popu-*  
Monemugarij, habitant populi quidam efferi & barbari, *li.*  
(Giachas vocant incolæ) furtis & latrociniis Arabum & antiquorum Nomadum more assueti, carnibus vescentes humanis, bellicosi & truculenti, absque rege ac certa sede, pastorum in morem sub tuguriis habitantes, quorum arma clava, telum ac pugio, cæterum nudi, & in diem viuentes. Hi

*Congianum  
regnum in-  
gressa regem  
spum regno  
pellunt.*

*Rex primus  
coru qui fugā  
non solum  
suaderet, sed  
etiam capeſ-  
ſit.*

magnis copiis sedibus suis egressi, omnes circumiacentes regiones populantes impune, nemine nimirum vim eorum sustinente: tādem ad Congianum vsque regnum penetrarunt, atque per Battanam prouinciam ingressi, omnes obuios suo more tractant, regis quoque tandem copiis, quos ad resistendum miserat, fusis; aciem versus Congum, regiam ciuitatem magno omnium terrore dirigunt. Rex autem animo propter acceptam cladem perturbatus, trepidationem quodammodo auget, obuiam enim hosti non audet proficisci, vt a finibus eum propellat, sed domi eum expectat, donec maximo cum strepitu ad radices montis, hostiles vrbem obsidione cingentes, visuntur copiæ: & tum demum cum paucis illis qui in vrbe remanserant, (audito enim hostis tam truculenti aduentu, & regis visâ pusillanimitate, fugerant quamplurimi) in planicie illa, in qua Alfonsus rex olim cū fratre Pangi præfecto felicibus auspiciis pugnauerat, eum exspectat, & ascendentem per angustiam illam prohibere satagit: sed non pari cum Alfonso successu, vt nec pari magnanimitate & confidentia, animo propter scelera exulcerato, & conscientiæ ſtimulis agitato: nulla enim vi hostis terretur, sed tandem in planiciem erumpens, regem cum vniuersis copiis, infirmum & timidum fundit, & vsque ad vrbis mœnia persequitur. Compulſo itaque intra mœnia regio exercitu, omnia intus miscentur, omniaque foeminarum & puerorum suam fortem quod ad tales sit & tam crudeles deueniendum manus deplorantium, complentur eiulatibus; diuersa demum captantur conſilia; rex quoque cum de vrbis defensione desperaret, non solum fugæ dat confilium, sed & eius quoque proponit exemplum, preciosiori conuafata ſupelleſtī in Zairi fluminis præcipuam ſe abdit insulam de Cauallos à Lusitanis propter hyppopotamorum ibi multitudinem, dictam, quem omnes ferè ſequuntur, relicta & prodiſta in vrbe imbelli plebe, ita vt nullo labore Giachæa potiti, omnia cædibus complerent, vrbem cum ædificiis & templis ferro & igni deuastarent. Hoc autem non contenti hostes, diuifis copiis per totum regnum ſe diffundunt, omnia deprædantes, felici vbique ſuccessu. Incolæ enim omnes qui poterant, audita regis fuga, vrbisque regiæ deuastatione, ſalutem quærendam ſtatuentes ſe in montes abdunt, & reliqua omnia hostium furori, nemini parcenti, deſtruenda relinquunt. Diximus ſuperius, quod rex per miraculum admonitus, permanerit tamen in peccatis suis, donec grauiori aliquia poena ad ſaniorem reuocaretur mentem: quod misera hac ſtrage tandem factum est: qua non ſolum ipſe rex toto ferè regno eſt exutus, ſed totus etiam populus, tam incolæ quam peregrini, tam laici quam cleruſ, ob admissa peccata eſt quam ſeuerrimè à D E O punitus. Multi itaque ex ſubditis, qui ſubito perculsi timore in montes configuerant, misere perierunt fame, vt poſtea per vias diſcurrentes, vbique deficerent, & totos campos cadaueribus complerent. In insula de Cauallos in quam rex configuerat, quum fugitiuorum magnus eſſet numerus, commeatu cito deficiente, maxima quoque fames, qua quamplurimi moriuntur, ingruit, peſtem quoque, aliosque morbos contagiosos ſecum vehens: ita vt maxiima pars ibi quoque misere perierit: bucella enim panis ſeruo qui circiter decem æſtimabatur coronatos, commutata, in hoc ſaltem ſe consolantes, quod deficiente pecunia ipſa ſeruitute mortem effugere poſſent: nam Lufitani mercaſores inſulam D. Thomæ incolentes, cum ſeruis, pauca quædam alimenta commutabant. Et hac tam ſpe quam neceſſitate adductus pater vendebat filium, vt ex eo tandem quem genuerat, preſcio vili diuendito, famem ſaltem vel ad momentum ſedaret, frater vendebat fratrem, imo ſi fieri poterat, omni poſthabita pietate, vnoquoque etiam ſcelere mortem procrastinare ſatagente, liberi per vim aut fraudem proprios vendebant parentes. Multi quoque voluntariæ ſeruituti etiam è regni proceribus, ſe addiuebant hoc ſaltem ſperantes, quod

quod qui etiam absque precio se emeret voluntarios, victum vel parcissimum non denegaret, vnde & insulæ diui Thoinæ, imo etiam Lusitania, seruis hac necessitate diuenditis, inter quos etiam regij stemmatis erant quamplurimi, est quasi referta. Rex ipse quanquam nondum, vt subditi sui cum fame esset congresus, non tamen euasit immunis: variis enim se sustentâs cibis insalubribus, accedente etiam insulæ humiditate, in hydropon incidit, quæ maximo cum dolore eum vsque ad mortem est persecuta. Tandem itaque agnoscens D E V M sua peccata ita vlcisci, ad preces & lachrymas cum seria quamvis sera pœnitentia, D E I implorâs misericordiam, est conuersus; & talicum fructu, vt quamvis ipse vsque ad mortem hydrope esset afflictus, publica tamen regni, ipso etiam in regium solium restituto cœlaret calamitas. Lusitanorum enim consilio, per legatum à Lusitaniæ rege petiit auxilium, miserias imo ruinam regni ni succurrat, significans. Accidit autem hoc in principio regni D. Sebastiani, qui quam celerrime misit ducem Francicum Goueam, cuius opera aliquoties in Indiis Occidentalibus & in Africa fuerat vsus, cum 600 militibus, & multis aliis ex nobilitate Lusitanica, qui fortunam suam iis in locis experiri volebant.

*De auxilio regi Congiano à Lusitania rege misso. De aliis legationibus sacerdotes potentibus in Hispaniam missis, & eorum successu. De metallorum fodinis antea dengatis, regi Hispaniae oblatis, & demum de voto Edoardi Lopez.*

## C A P V T VI.

**T**AQVE missus supradictus dux cum mediocri (sexcentorum) enim quos rex Sebastianus mittebat, numerus egregiè à nobilitate eiusque comitatu augebatur) exercitu, regis sui ad præfectum Insulæ D. Thomæ in promptu habebat manu, vt nauibus, commeatu reliquisque omnibus ad talem expeditionem necessariis eum instrueret: quibus instructus & portum Prazzatum ingressus, regem Congi in insula eorum, magno cum eius & solatio & gaudio, visitat: & tandem adiunctis ad suum, exercitum omnibus iis tam incolis quam Lusitanis qui armis gerundis erant idonei, magnis itineribus & quanta potest celeritate, hostem victoria elatum aggreditur, & post multa variaque prælia, sequanni tempore pulsis omnibus, strepitu potius bombardarum & tormentorum qui Giachis, vt nondum hoc armorum genere assueti erat intolerabilis, quam vi, aut multitudine superratis, regem in solium suum restituit: atque tandem eiecit præter opinionem Giachis, ita etiā vt paucissimi ad suos redirent, & omnibus in Congiano regno compositis in Lusitaniam redit, Congiani regis habens literas, quibus præter gratiarum actionem, petebat, vt sacerdotes, qui populum in Christiana religione erudirent, mitterentur, manentibus cæterū propter loci amoenitatem, multis ex eius exercitu, qui iam & diuitiis & gloria florent. Rex vero Congi, post tot demum mala factus modestior, vxorem duxit Catharinam hodie adhuc superstite, ex qua quatuor suscepit filias, & seruis quas habebat, duos filios & filiam. Et quia in his regionibus filiæ non succedunt in regno, seruae maior filius Aluarus, qui hodie adhuc viuit, regni hæres à patre nuncupatus est. Eo ipso tempore, quo prædictus dux cum copiis suis in regno Congi hæreret, intelligens Lusitanæ

## DESCRIP T I O

46

sitaniae rex Sebastianus, abundare id auri, argenti, aliorumque metallorum fodinis, duos eò misit huius rei peritissimos artifices quibus Hispani olim in cognoscendis metallorum fodinis in Occidentalibus Indiis fuerant vni, vt cum regis venia fodinas perlustrarent & viderent, num aliquid inde lucri aut emolumenti extrahi posset, quos rex cuiusdam clericis Lusitani Francisci Barbuti consilio, in alia loca, vbi nullas esse fodinas certo sciebat, deduci curauit, veritus, ne si illae detegerentur, ipse paulatim propter egregiam Lusitanoru auaritiam, qua impensisime auro & argento inhiant, toto regno, sub amici tamen titulo priuaretur. Bonum quidem id fuit consilium, amicos contra seipsum non cupientis armare, sed euentus non adeo felix. Denegatis enim metallis illis tam in Europa preciosis, vt vel ad remotissima loca amatores sui allicit, deficere coeperunt commercia, ita vt pauci in posterum, tam ex Lusitanis, quam ex aliis nationibus eo commearent, vnde etiam nulli eò peruererunt clericis, quorum defectu etiam ipsa doctrina Christiana concidebat paulatim. Vnde supradictis litteris data est occasio, Congi rege summis precibus sacerdotes efflagitante, ne fides Christiana prorsus aboleretur, non culpa incolarum, qui ei valde sunt addicti, sed docentium & sacramenta administrantium inopia; sed surdo canit fabulam. Rediens enim dux ille in Lusitaniam, regisque Congi litteras, regi suo offerens, nihil aliud tulit responsi, à rege adhuc iuuene, nisi daturum se operam, vt regis Congiani petitioni missis clericis satisfiat: nihil ulterius vel procurās vel efficiens. Vnde pietatis amans Congianus vnu adhuc cogitur mittere legatum, cui praeter mandatum, vt regem oret, vt mittat sacerdotes, adiungit & illud, vt seruos qui in praeterita calamitate fuerant diuenditi, redimeret. Veniens itaq; in Lusitaniam, multosquidem redemit (quamplurimis quoque in voluntaria seruitute, religionis amore perseuerantibus) quorum opera inde rex & in consiliis & in restauranda religione est vsus; sed quod ad alteram mandati partem, nihil est effectum: nam beneuelle quidem à rege Lusitaniae excipitur, amplis etiam promissis; sed tandem quoque re infecta absque clericis discedendum fuit. Triennio post, mittitur à Lusitaniae rege Sebastiano Antonius Glioua Castillianus, vt episcopatum in insula D. Thomae gerat, cum commissione tamen, vt & in Congum aliquando commeat. Qui male ab insula praefecto exceptus, (non enim bene inter episcopum & praefectum conueniebat) in Congum tandem nauigat: vbi etiam accusatus apud regem, & delatus ab amicis praefecti, quod homo esset ambitiosus, qui imperium suum ultra regnum efferre cupiat fastigium, primum ab ingressu prohibetur: sed post melius cognita re, recipitur quam honoriscentissime, Rege honoris ergo alterum è filiis suis obuiam mittente, qui magna cum pompa, magnoque cum honore eum usque ad regiam ciuitatem est comitatus. Episcopus autem post octo menses, quibus ibi commoratus fuerat, antequam rex Sebastianus in Africam traiecit, in Lusitaniam abiit, duobus monachis, & quatuor sacerdotibus ibi reliquias legationem clericis, qui tanto regno non poterant sufficere. Noua itaque opus fuit legatione. Vnde rege Sebastiano in Africa defuncto, ad successorem eius Don Henricum Cardinalem scribit eodem quo ad antecessorem tenore, nihil aliud nimurum quam sacerdotes flagitans, sed frustra, Cardinale, antequam aliquid effici poterat, & regnum & vitam relinquente.

Huic succedens Philippus Castilliae rex, mittit statim qui hoc nunciet praefecto insulae D. Thomae, adiungens quoque litteras ad Congi regem amicitiam & benevolentiam antecessorū in se non desitaram promittens: quas praefectus D. Thomae commendat Sebastianu cuidam de Costa, sub legati titulo ad Congi regem deferendas. Vnde magno Congianus accepto gaudio, eundem Sebastianum cum litteris ad regem Philippum remittit, praeter reliqua capita quibus ad

*Nova lega-  
tione clericos  
petit.*

*missus tan-  
dem episco-  
pus non ad-  
modum ami-  
co excipitur.*

*Redeunto in  
Lusitaniam  
episcopo noui  
usq; lega-  
tione clerici  
cos petens  
mittit.*

bus ad Castilliani litteras respondere, offert etiam ei in signum firmæ ac stabilis amicitiæ metalli fodinas, quas antecessoribus eius olim sciebat esse denegatas, & non solum offert, sed etiam, ut meliorem ineat gratiam, specimina aliquot diuersorum metallorum ostendi iubet: hoc saltem & præcipue petens, (periculum & calamitatem ex præteritis motibus procedentem declarans) ut copiam ei faciat clericorum, qui populum iam fere à Christiana religione discedentem

*Periculum ex  
occultatis fo-  
dinis cognos-  
scens, eas de-  
num regi Caz-  
stellano of-  
fert.*

doceant & confirment. Moritur autem hic in itinere naufragio iuxta Lusitaniam facto, & cognito post per capsulam in qua & litteræ regales & commissio- nis articuli conscripti asseruabantur in littore, inuentam. Vnde Congianus rex per nuncios hac de re factus certior, doluit quidem se etiam hic per vndas spe sua frustrari. Sed tamen ab incepto non destitit, & hoc vnum semper spectans, ut nimis Christiana restauretur religio, aliam decernit legationem. Ad quam multis sese offerentibus etiam ex regni proceribus, singulis hunc honorem expetentibus, (vnde facile iudicare poterat, uno recepto, reliquos ægrè laturos) ut neminem offenderet, peregrinum, nempe Edoardum Lopez, ex cuius acroamatis hæc omnia habeo, mittit. Qui cum iam aliquandiu in hoc regno habitasset, ita ut non solum linguam, sed & omnia reliqua huius regni propria & particularia nosset, & tum in aula versaretur, mittitur magno cum fauore & benevolentia regis, omnibus informationibus, ut vocant, instructus, & testimentiis & aliis ad eiusmodi munus necessariis ornatus, ut omnibus esset notoriū, hūc non solum esse legatum, sed & regi carissimum. Summa legationis erat, ut datis regi Philippo litteris, ipse etiam de statu regni cum eo ageret, necessitatem de- clararet, & vt sacerdotes, qui populum erudiant, mittat, quam obnoxie oraret, & demum aliquot metallorum specimina proferret, regis Congiani nomine li- beram eorum, quod ab antecessoribus denegatum fuerat, inquisitionem offre- res. Deinde ut Papam quoque inuiseret, & pedes eius, regis Congiani nomine deosculans, miserum Congiani populi quoad fidem Christianam, statu quoque declararet, orans & obtestans, ut tot hominū animabus in curam & clientelam suam suscep- tis, ex paterno affectu suam apud regem interponeret intercessio- nem, ut missis qui doceant & administrēt sacra, tot hominum consulatur saluti. Dimissus itaque, adhuc circa octo menses & ad sua & ad regis curanda negotia in regno hæret, usque ad mensem Ianuarium, quo tandem nauem Lusitanicam quæ Vlissiponam versus, vela faciebat, reperta, eam concendit, & auctus est, multis variisque periculis usque ad redditum, quæ paucis quoque describemus, obliu- tans. Nam primum cum ventum esset post multas tempestates, è regio- ne promontorij viridis, ad tractum Cabo verde à nauigantibus dicti, nauis &

*Summa le-  
gationis,*  
*Pericula sa-  
gatis nauiga-  
tio.*

vetustate, & tempestatis concussa, ruptura in prora accepta, aquam magna vi- hausit; periculum auxit ventus, à prora vehementissimus, ita ut neque conti- nente, neque insulas quæ huic promontorio adiacent contingere possent, vnde cum iter retro fracta aut concussa nauis legere non auderent, quasi desponsatis animis cōuersa nauis ventum à puppi capientes, cursum versus Nouæ Hispaniæ adiacentes insulas, non sine maximo & periculo & metu dirigere coguntur. Vbi tandem post varia pericula tam naufragij quam famis consumptis omnibus alimentis aut corruptis, Insulam Cubagoam, è regione Margaritæ insulæ, vbi vñiones extrahuntur, sitam tenuerunt, & refecta quantum poterant nauis, no- uoque commeatu instruta, versus Occidentalis Indiæ continentem, portum Cumanum littus semper legentes, (altum enim mare propter nauis infirmitatem erat suspectum) petūt. In quo omnes è submersa nauis seruati, in morbos ve- hementissimos, partim à timore, partim à fame, siti, & maximè ab intollerabilibus inhospiti maris tempestatis ortos, inciderunt, multis etiam, quibus mare pepercera, ibi pereuntibus. Dum itaque & hic legatus decumbit, nondum re- cuperata

*Legatus hic  
in morbum  
encidit.* cuperata valetudine, naues quæ constituto tempore ex iis oris Hispaniam ver-  
sus vela facere solent, eo reliquo, abeunt, ita ut per integrum annum ibi hærere  
cogeretur. Vnde etiam rex Congi se operam rursus lusisse existimans (mor-  
tuum enim eum putabat) omni tamen diligentia sui regni Christianis consul-  
*Alia rursus  
decernitur le-  
gatio.* tum cupiens, nouam instituit iisdem cum mandatis legationem, mittens Pe-  
trum Antonium, primum à rege, vna cum Lusitano quodam deuotissimo & di-  
tissimo Caspero Diazio, quem ei adiungit socium, sperans fore ut huius opera  
qui & linguam & mores Hispanorum nouerat, nihil ei deficeret, mandans et-  
iam ut si forte, quod tamen vix sperabat, Edoardum ibi reperirent, communi-  
*Et hic legatus  
in uniuersitate  
perit.* consensu & opera negotium perficerent. Sed infelici hic mittitur auspicio, ca-  
pta enim nauis ab Anglis, dū versus Angliam deducitur, forte fortuna vadis il-  
lisa submergitur, pereunte Petro Antonio vna cum filio, & reliquis, paucis, in-  
ter quos etiam Diazius erat exceptis; qui codem tempore, quo Edoardus in  
Hispania legatione sua fungebatur. Eodem profectus Edoardum de omnibus  
rebus faciens certiorem, ut de discessu suo Congum versus, celata omnibus cau-  
sa, reddit.

*Sicut autem  
fuerunt Edo-  
ardus in obe-  
unda sua le-  
gatione per-  
git.* Restituta autem valetude Edoardus, versus portum ciuitatis S. Dominici  
nauigat, ut prima data occasione nauem concendat, & forte reperta nauis Lu-  
sitanica, quæ cum eadem nauigabat classe, quæ à continentí Indiæ Occidenta-  
lis versus Hispaniam quotannis soluit, eam ingreditur. Congregatis itaque o-  
mnibus nauibus & classe, ut tutior esset nauigatio constituta & ordinata, tādem  
ad Insulam Terceram, vnam ex iis quas Azores vocant, omnes appellunt, &  
hinc ad S. Lucam, de Barameda, qui portus est ad ostium fluuij Guadalchibir, &  
hinc Hispalim deuehuntur: vnde Edoardus primum in Lusitaniam ad suos, &  
ad præparanda necessaria, & ad salutandum amicos proficiscitur, & tandem o-  
mnibus peractis, regem Philippum, qui tum Mantua Carpentanorum, Hispa-  
nis Madrid dictæ viuebat, ad perficiendam legationem inuisit. A quo quam-  
uis benignissime acceptus, & magna cum benevolentia legatione audita, re ta-  
men infecta, imò desperata serè dimittitur: multis enim primum concurrenti-  
bus impedimentis, responsio procrastinatur, & tandem nunciis de morte regis  
Congiani qui eum miserat, intellectis, regeque Hispaniæ in Angliam expedi-  
tione occupato, nunciatum Edoardo est, non posse regem iam his negotiis da-  
re operam.

*Re infecta  
dimittitur.* Quo responso turbatus, & in diuersas curis distractus partes, deplorat fortu-  
nam suam, quod tot exantlatis terra marique periculis, in re præcipue tam pia,  
repulsam quasi patiatur: ante oculos habens iam tot naufragia in mari, mortem  
in terra, euitatam, præter tedium & infirmitatem corporis, ex longa nauigatio-  
ne contractam, iam dolens iacturam irreparabilem tot animarum in illis tene-  
bris pereuntium; iam rursus computans maximos sumptus qui in aula ad per-  
ficiendum ad quod missus erat munus frustra erant faciendi, rem tandem ag-  
reditur, tam honorificam quam animæ suæ salutarem. Magno cum animo  
spreta mundi gloria ut fluxa, & inconstanti, & dimisso omni comitatu, cilicio  
vestitus Roman petit, Sexto V. tum temporis Papæ absque vlla mora, legatio-  
nis suæ propositurus articulos. A quo benignissime quoque acceptus, omnibus  
cum circumstantiis narrat, & populi Congiani miseras, in quo tot animarum  
millia versentur periculo, ob pastorum & sacerdotum inopiam, nisi ipse rege  
Hispaniæ non curante, ferat opem: suam ipse operam pro virili deuouens: pro-  
mittit enim se propriis sumptibus, & diuitiis suis quas (non paruas) in Congi re-  
gno possidebat, ædificaturum domum, in qua iuuentus in doctrina Christiana  
instituatur, ut inde in posterum suos possint habere sacerdotes & professores ve-  
ritatis Christianæ: salariis præceptorum quoque ex suis redditibus constitutis.

Xenodo-

*ad Papam  
proficiscitur.*

Xenodochium præterea se erectorum, in quo recipiantur gratis pauperes, tam peregrini quam incolæ, homines doctos & pios eis præficiens, ut vbiique pietas accrescere possit. Sua saltem sanctitas, mittat homines idoneos, cum indulgentiis & iubilax eiusmodi rebus præcipue in tam remotis regionibus necessariis. Sed responsum tandem tulit à Papa, quoniam Congi regnum ad regem Hispaniæ pertineat, se eius illud committere arbitrio.

*De vestitu Congianorum tam ante quam post acceptum Christianum. Deregalis mensa structura, & eius apparatu, & reliquis huc spectantibus.*

## C A P V T VII.

**A**C T E N V S satis prolixè de Christianæ religionis in hoc regno primordiis, & casibus variis quibus iactata fuit; restat vt & pauca quædam dicamus de aulæ administratione, aliisque rebus huius regni quasi propriis. Antiquitus & rex, & eius comitatus vestiebantur pannis ex palmarum, ut supra ostendimus, foliis contextus, quibus inferiorem corporis tegebant, cingulis ex eadem materia contextis corpori applicantes, thoracem ab anteriore mollissimis cooperientes pellibus, ut sunt, paruarum & iuuenum adhuc tigrium, felium zibettiarum, murum ponticarum, & aliorum similiū animalium, quorum capita maioris ornatus causa humeris applicabant. Pallium nudis humeris iniiciebant orbiculatum ex tenuissimis palme foliorum filis, retis in modum contextum ad genua usque profluens fimbriatum loco, floccis versicoloribus circumdata: quo in dextrum id plerunque humerum reciciebant, ut manus ipsis effet minus impedita, cauda zebræ ab eodem humero ad ornatum dependente. Caput ad ornatum potius quam ad defensionem tegebatur paruo admodum pileolo, lutei aut rubri coloris, in superiori parte quadratis, & tam paruis ut vertice vix congerent. Plerique nudis incedebant pedibus, rex vero & magnates, ocreis quales in Romanorum visuntur statuis, ex palmarū quoque foliis contextis vtebantur. Pauperiores eodem quidem modo inferiorem corporis partem tegebant, sed pannis multo vilioribus, reliqua corporis parte nudi. Fœminæ triplici inferiorē corporis partem tegunt supparo, vnumquemque singulari cingulo corpori cingentes, quorum infinitus à cingulo usque ad talos demittitur, secundus usque ad genua, tertius usque ad femora, omnes pro fimbriis versicoloribus floccis circumdati. Mammæ itidem usque ad cingulum velo tegunt, ut & humeros a tergo breui pallio, omnibus quoque ex palmarum foliis contextis. Caput aut vitta aut pileolo virorum more operiunt, aperta ceterum facie ingredientes. Quæ mediocribus gaudent facultatibus, eodem quoque modo vestiuntur, sed pannis vilioribus, plebeæ vero & seruæ inferiore tantum corporis testa, nudæ incedunt. Ethic vestitus tam virorum quam fœminarum est antiquus. Qui postquam cum Lusitanis commercari coeperunt mutatus est. Optimates enim, ut & rex ipse Lusitanorum more hodie vestiuntur, togis, palliis, coccineis, & serico, aliisque preciosioribus pannis confectis, quibus quisque pro facultatibus suis vtitur; in capite pileos, in pedibus calceos & crepidas, vel ex serico panno, vel corio, vel alia quamam materia confectos, induunt & gladiis latis in laterc gestant, humiliores autem, quibus opes non suppetunt, pristinum habitum retinent. Fœminæ quoque Lusitanum habitum imitantur, excepta saltem palla, caput ceterum vitris testum, pileolo holoserico, auro gemmisque lucentes, ornant, & torques au-

*Antiquus  
Congiano-  
rum Vestitus.*

*Fœminarum  
Vestitus.*

*Mutato hodie  
habitu Lusi-  
tanorum vesti-  
tur.*

## DESCRIP TIO

50

reos collo circundant. Hoc autem vestitu solē nobiliores vtuntur, reliquis an-  
tiquum mortem reseruantibus.

Rex quoque à Lusitanis edoctus, in tota aulæ administratione Lusitanæ  
regem imitari conatus est; in ipsa etiam mensæ instructione: vnde in publico  
comedit creto & Indicis tapetis tecto, in tabulato, in quo solium, auro gem-  
misque ornatum, ad mensam collocatur, holoserico quoque panno, coccineo  
colore tincto, coopertum. Et solus mensæ assidet, proceribus interim apertis  
cepitibus astantibus & inservientibus. Patinis & poculis vtitur argenteis & au-  
reis: prægustatores semper habēs, tam cibi quam potus. Satellitibus stipatur ex  
Anzicanis aliisque nationibus desumptis, qui semper armis supra descriptis in-  
duti, palatium circundant. Et si quando rex aut expaciari, aut aliquò vult pro-  
ficiisci, moniti crotalos inflant, qui ad 5 aut 6 millaria Italica exauditi, omnes de  
regio aduentu admonent. Egrediente omnes aulici & præcipue Lusitani qui-  
bus plurimum habet fidei, comitantur. Raro tamen palatio egreditur.

Ius publicèbis in septimana dicit, sed tantum magnates alloquens, & quum nemo  
proprij quicquam possideat, omnia enim, vt ante diximus, rex sibi vendicat, lites  
non possunt esse magnæ, vnde & paucissimis verbis dirimuntur, nullis adhibitis  
scriptis, vt quæ in ea regione ignorantur prorsus. In causis criminalibus pro-  
cessus est admodum facilis, cum rarissime aliquis capite plectatur: & si incola  
quispiam rem habet cum Lusitano, secundum Lusitanorum leges iudicatur:  
si inpsi inter se crimen aliquod capitale committunt, à rege in exilium ablegan-  
tur: satius enim esse putat aliquem miseriis ad pœnitentiam vocari, quam im-  
pœnitentem occidere. Et frequenter etiam accidit, vt ij, qui ad decennium,  
vel ultra in hoc exilio vixerunt, rege culpam remittente, præcipue si alicuius  
sunt aestimationis, ad honores reuocentur, aliisque præficiantur, vt suo malo  
cautiores & prudentiores facti. In ciuilibus controversiis hic obseruatur ordo,  
vt si Lusitanus cum Mocicongo rem habeat, coram Iudice Congiano eum ac-  
cusat, si verò incola cum Lusitano, coram Lusitano iudice, quem ex regis per-  
missu ibi habent, causam disceptat. Nullas veterum regum, scriptura destitu-  
ti, obseruant historias, neque tempora aliter quam per Lunas distinguere no-  
runt, neque diem neque noctem in horas diuidunt. Et si quid memorabile re-  
ferunt, nullam temporis descriptionem, præterquam quod hoc vel illo regnan-  
te acciderit. In festiuitatibus suis ad exhilarandum animum, omnis generis ca-  
nunt amatorias cantilenas. Testudine etiam vtuntur, sed diuerso à nobis more,  
vt & structura differenti: concavam enim, id est, in inferiorem eius partem, &  
superiore scilicet, iugum, quod etiam cauum est, non ligno, sed tenui admo-  
dum membrana, vt vesica appareat, operiunt, quam subtilissima quoque incis-  
sa rosa; & ita formato instrumento setas ex Elephantum caudis extractas, ada-  
ptant, secundum vocum differentias intensas: quibus in inferiore parte appen-  
dit tenuissimas ferri & argentil laminas secundū sonos quoq; distinctas. Quod  
instrumentum artifices, non per interualla aliqua in iugo, vt in nostris sit testu-  
dinibus, sed indiscriminatim fides, quarum quæque suam & propriam edit vo-  
cem, eligentes pulsant, & strepitum potius quam sonum aliquem gratum, quo  
tamen ipsi afficiuntur plurimum, edunt, ad quem etiam pedum eleuatione &  
manuum complosione mensuram obseruantes, magna cum gratia tam mulie-  
res quam viri tripudiant. Hoc etiam instrumento (quod oppidò videtur mi-  
rum) animi concepta prodere norunt, tactis ad quævis significanda fidibus, aut  
setis potius, idque tanta dexteritate, vt artifices tanquam claro sermone omnia  
quæ volunt sibi inuicem significant. Aulici vtuntur fistulis, ad quas magna  
cum arte inflatas saltationem Chyronymicam (Morescam vocant Itali) insi-  
gni cum grauitate saliant, pedibus & toto corpore ad mensuram motis. Ple-  
beii quo-

in publico  
comedit.rex ipse in  
discipublēprocessus in  
causis crimi-  
nibus.Nullas scri-  
pturis deßi-  
nti habent  
historias.Mira testudo  
qua in fistu-  
lis utaribus suis  
ad exhilaran-  
dum animum  
construuntur.

beii quoque crotalis & fistulis vtuntur, sed rudioribus & crassioribus quam  
aulici.

Medicamentis vtuntur incolæ contra omnes morbos simplicibus ex herbis, arboribus, corticibus, oleis, aquis & lapidibus, quorum omnium ipsa mater natura monstrauit vim & efficaciam. Febris communior est morbus, quæ tamen hyeme magis propter continuam humiditatem, quam æstate homines infestat. Hanc sequitur scabies Gallica, quam incolæ Chitangas vocant, cuius tam non tam difficilis curatio, quam in hisce regionibus. Febrem curant ligno quod Santalum rubrum vocant (est autem id, quod officinis nostris Aquilinum dicitur, in puluerem redacto, quo cum palmæ oleo ad iustum vnguenti consistentiam mixto, infirmus totum corpus à capite usque ad plantas pedis perunctus, sanatur. Dolori capititis venæ sectione medentur, differenti tamen à nobis: temporis enim venis sub pelle vel minimum læsis, tenuia quædam cornua applicant, in summitate perforata, quibus sanguinem donec sedetur dolor exsugūt. Et ita faciunt in omnibus corporis partibus, ubi aliquis sentitur dolor. Scabiem Gallicam Santalo quoque cinericio, cum eodem oleo permixto corpus inungentes sanant, unde tanti est apud ipsos precij, ut vel parua eius particula seruo forti & robusto commutentur. Aluum purgant arborum quarundam corticibus in puluerem redactis, & in potu sumptis: qui quamuis maximè operentur, tamen tam gratam præbent medicinam, ut quævis etiam in ipsa purgatione munia obire queant. Vulnera herbis & earum sanant succis, tanta quoque virtute præditis, ut affirmet dominus Edoardus, vidisse se serum septem acceptis vulneribus mortalibus, tali medicamento sanitatem recuperasse. Et hoc est optimum quod ab ineunte ætate eiusmodi medicinæ ipsis à parentibus demonstretur, ita ut urgente necessitate ipsis sibi & cheirurgi & medici esse possint. Nec opus habent tot medicis, cheirurgis, aut etiam aromatibus, syrups, electuariis, emplastris, & aliis eiusmodi rebus, quibus nostris hominibus quandoque mors potius quam sanitas acceleratur, sed ut diximus, omnibus medicamenta simplicia adhibent, magno etiam cum fructu, nec aliis habent opus: sub cœlo viuentes temperato, variis gulæ incitamentis abstinentes, nec vino nimio sese ingurgitantes, nulli denique magno morbo præbentes occasionem.

*sua quoque  
habent medi-  
camenta.*

*Quisque sibi  
& medicus  
& cheirur-  
gus.*

### D e regionibus Congo adiacentibus versus promonto- rium Bonæ spei.

#### C A P V T V I I I .

**D**ESCRIPTO Congi regno, situ eius, incolis, & circumciniis, eorumque moribus, cultu tam doméstico, quam militari, supereft ut & breuiter quædam dicamus de reliqua Africæ parte versus promontorium Bonæ spei ab Oceano Indico usque ad mare rubrum, seu sinum Arabicum, in continenti, lustraturi post Nilum vna cum Prete Gianni regnis, ea intentione, ut regiones illas nō satis omnibus notas, quodammodo, sed breuiter detegamus. Diximus igitur superius, regno Congiano versus Meridiem adiacere regnum Angolanum, cui deinde conterminum est aliud regnum Matamanum dictum, prouincias aliquot, Chimbebas ab incolis appellatas, continens, quod omnem illam plagam, à primo Nili lacu, & ab Angolæ regno, versus Meridiem usque ad fluuium Brauaghul, è montibus Lunæ icaturientem, continet, & versus Orientem alluitur à fluuiio Magnice, qui quo-

*Regnum Ma-  
tamanum.*

## DESCRIP T I O

52

que ex prædicto lacu versus Meridiem descendit, & cum Brauaghul confluens, versus Notum in mare Indicū effunditur. Montes quoque Lunæ è quibus Brauaghul profluit, præteriens tropicus Capricorni, versus polum Antarcticum ab hoc regno diuidit: & ultra montes hos, sita est illa continentis pars, quam Promontorium Bonæ spei vocant, tam ab illa, quæ à mari Indico, quam quæ ab Æthiopico alluitur, cuique non vñus saltem, sed quamplurimi reguli dominantur.

*Situs mon-*  
*stum Lunæ.**Interior con-*  
*tinensis pars*  
*à puncis ha-*  
*bitata.**Camissa fl.**Promonto-*  
*rium Bona*  
*spei vnde de-*  
*catur.**Incole nigri*  
*sunt quan-*  
*us locis sit*  
*frigidior.**Periculosa*  
*circa hoc pro-*  
*montorum*  
*nauigatio.**Circutus lu-*  
*ci pro mon-*  
*torij ad 6000*  
*miliaria.*

In huius autem medio intra tropicum Capricorni, & ipsum promontorium, surgunt montes illi Lunæ, tam olim, sed falso, ut postea apparebit, à veteribus quasi Nilus ex iis oriretur celebrati. Interior huius continentis, vel saltem promontorij pars ad radices prædictorum montium à paucis habitatur, Arabum more in tuguriolis viuentibus, qui pellibus ferinis vestiti, ferarum ferè naturam habent, ita ut tuto nemo per ipsorum terras transeat. Arma eorum sunt arcus & sagittæ: leguminibus & fructibus terræ viuunt, præter carnes tam hominum quam ferarum venatione captarum. Montes verò sunt frigidissimi, & prorsus inhabitabiles: ad quorum radices versus Occidentem, lacus quidam est parvus, ex quo fluuius oritur, Camissa incolis, Lusitanis verò Rio dolce, id est, fluuius dulcis dictus, qui iuxta promontorium ipsum in mare se effundens, sinum facit, cuius cornu alterum versus Meridiem, Caput falsum dicitur. Ab Indiis enim vela facientibus, magnum prius apparet promontorium quod ipsi speciatim ad reliquorum, quorum in hoc circuitu ab utroque latere quamplurima sunt, el Cabo delas Augullies vocant, cui deinde hoc minus versus Occidentem adhæret, quod cum à priori tegatur, ita ut ab alto non appareat, el Capo falso appellant. Spacium autem inter duo hæc promontoria comprehensum, quod se extendit ad 100 millaria in ambabus extremitatibus magnum in mare extendens cornu, ita ut amplissimus quidam appareat sinus, caput illud generale cōstituit, quod & nomine & re bonæ spei promontorium dicitur, multis ibi pereuntibus nauibus, ita ut nauigates tum primum cum illud ab Indiis fuerunt præteruecti, spem felicis nauigationis concipiunt, antea ferè desperantes, cum ne in ipso quidem sinu, aut etiam in ostio fluminis, quem dulcem appellant, sint tuni. Incole sunt nigri quoque, quamvis regio sit frigidissima, polo Antartico ibi ad 35 gradus eleuato, illi etiam, qui, ut supra diximus, radices montium Lunæ inhabitant, aliaque loca niuibus ferè semper operta, nigri sunt, ita ut certissimum præter omnia Philosophorum opinionem appareat, colorē hunc nō causari à magno Solis calore, sed ab alia quapiā, quam nostris Philosophis relinquo indagandam, occulta naturæ vi & operatione. Cum itaque hoc promontorium magis quam ullum aliud se in mare extendat, certissimum quoque est, cum reliquorum transitio sit difficilis, huius præternauigationem esse omnium & difficillimam & periculosisimam, ut Lusitani magno suo malo sèpius in hodiernum usque diem experiuntur: ventis ibi magno cum impetu à montibus in mare ruentibus, mareque ita turbantibus, ut aliquando nullo artificio, nulloque labore, aut industria præternauigare, aut comprehensi naufragium effugere queant. Et cum haec tenus ab antiquis nulla ferè eius, nisi generalis facta sit mentio, operæ pretium videtur speciatim quid describere de eius locis, eorumque distantiis, unde præter ipsam rei cognitionem apparebit & magnitudo Indicæ nauigationis, cum hoc solum promontorium, quod semper transendum est 6000 millaria, ut paulò post videbimus, contineat. Ab insula enim & fluvio à Ferdinando Poo repertis, ubi promontorium hoc primum in mare porrigitur usque ad cornu illud, quod Lusitani de las Augullas vocant, 2200 millaria à Septentrione ad Meridiem numerantur, & hinc cursus à Meridie ad Aquilonem, usque ad illud promontorium quod Insulæ Soccotoræ opponitur, ubi sinus Arabicus

Arabicus in mare effunditur, numerantur in littore vltra 3300 milliaria: ita ut ab Vlissipona lecto totius Africæ & huius promontorij ab vtraque parte littore vsque ad Goæ regnum confiantur vltra quindecim millia milliaria, & hinc ad Malacam, Cinam, aliaque loca remotiora, tanta est distantia, vt multis ab hinc annis nemo nauigationem illam tentare sit ausus, præter Lusitanos, qui tam paruis quam magnis nauibus in ea loca proficiscuntur. Sed redeamus tandem ad propositum littus promontorij huius describendi. Multi ab altera eius parte versus Orientem sunt portus, quorum præcipuus est ille qui Formosus dicitur, & huic vicinus qui & Lacus dicitur, vbi mare littus ita excauauit, vt non sinus, sed lacus propemodum videatur, iuxta quem fluuius S. Christophori tres constituens in ostio insulas mari illabitur. Hinc sequitur tractus ille nauigantibus periculosissimus, cuius littus eò quod circa festum nativitatis Christi primum à Lusitanis visum est, vsque ad promontorium de la Pescaria, id est, pescationis, terra natalis dictum est. A promontorio de la Pescaria, est regnum Butuanum, quod à radicibus montium Lunæ incipiens, extenditur versus Aquilonem vsque ad Magnicen fl. ad Monomotapanam regionem, & versus Occidentem flumine Braugul clauditur, aurifodinis abundans: cuius incolæ, vt postea dicemus, in omnibus ferè Monomotapanos imitantur. Atque italustrato hoc littore occurrit, vt diximus, Magnices fluuius, qui Sophalæ & Monomotapæ regnorum terminos versus Meridiem constituit, quorum quoque breuis est instituenda descriptio.

*Portus in O.  
rientali con-  
tinentis pa-  
te.*

### De Sophala regno:

#### C A P V T I X.

**S** C I P I T hoc regnum à prædicto fluvio qui è primo Nili lacu, vsque ad Meridionale parte, cum Nilus versus Septentrionem fluat, oriens in mare, medio illo sinu, cuius alterum cornu la punta de la pescaria dicitur, alterum habens è regione, quod Cabo de los currientes, id est currentium promontorium dicitur, 23<sup>o</sup> gradibus à polo Antartico, sub tropico Capricorni situm. Cum hoc tres alij coniunguntur, & simul se in mare effundunt, magni fluuij insignem illum pescationis à multitudine piscium ibi viuentium sinum, cui etiam promontorij dederunt nomen: quorum prior ab incolis olim Nagoa, à Lusitanis, quod in festo Sancti Christophori est repertus, eius nomine indigctatur. Secundus à Laurentio Marques primo eius ex Lusitanis inuentore nomen sortitus est. Ehi duo oriuntur ex celebris illis Lunæ montibus, Toro ab incolis dictis, in quibus veteres nescio quibus documentis persuasi Nilum scaturire existimarunt; sed falso: primus enim ex quo Nilus oritur lacus, ab his est quam remotissimus, interuallo illo profundissimis conuallibus replete, ita vt lacus ille, multo minus ipse Nilus ne guttam quidem ex his montibus acquirat, illi enim aquam suam redundat, non versus Septentrionem, sed versus Orientem, & ab altera promontorij parte, vt diximus, per lacum Galam versus Austrum saltem: adde etiam quod, vt diximus fluuius Magnices, cum quo hi duo à parte Meridionali coniunguntur, ex nili lacu oriens, versus Meridiem, cum Nilus versus Septentrionem, fluat. Tertius fluuius vocatur Aroe à parte Septentrionali originem trahens ex aurifodinis Monomotapanis, aureas arenas secum vsque ad mare raptans. Ab horum itaque fluuiorum ostio & sinu vel portu pescosissimo extenditur Saphalanum regnum, per littus maris vsque ad fluuium Cuamam, nomine hoc sortitum à castello quodam à Mahumetanis posesso, quod in eis visitur *Magnices fl.* *Chamaf.*

## DESCRIPPIO

54

ripis, qui à Lusitanis las siette bocas, id est, septem ora appellantur, eo quod septem ostiis multas faciens Insulas, à paganis habitatas, in mare se effundat: originem quoque trahens ex primo & maximo Nili lacu. Atque ita totum hoc regnum intra duos hos fluuios, Magnicen & Cuamam, iuxta littus maris concluditur. Parum & à paucis habitatum, regem habens Mahumetanum, qui tamen Monomotapanum iugum detrectans, Lusitaniae regi subest. Caput regni est insula quædam in Cuama fluvio eodem nomine quo totum regnum nuncupata. Lusitani etiam in fluuij Cuamæ ostio castrum habent, commercantur enim cum incolis, Gossipio, sericos, aliosq; qui è Cambaja adferuntur pannos, quibus incolæ ad vestitum vtuntur, auro, ebore, succino, & seruis commutantes. Incolæ non sunt in his locis nati, sed antequam Lusitani co peruenirent ex Arabia felici scaphis secundum fluuios descendentes, cum Monotapanis commercium habentes. Aduenientibus vero Lusitanis & crescente commercio, reliqua patria, sedé in hisce insulis olim desertis figere cœperunt. Interius intra nimirum cōtinentem versus Occidentem, est Monomotapanum imperium, aurifodinis ditissimum, ut hinc in omnes circumiacentes regiones etiam per loca remotiora aurum magna copia distrahatur. Opinantur quidam Salomonem omne aurum quo in structura templi Hierosolymitani vſus est, ex hoc regno accepisse, quod & verisimile videtur, multis ibi egregiæ antiquitatis apparentibus signis. Aedificia quoque ibi visuntur quamvis vetera, tamen singulari artificio & structura, magnis quoque sumptibus erecta, qualia nusquam præterea in omnibus reliquis vicinis regnis reperiuntur. Regnum amplius est, incolis quoque miræ magnitudinis & proceritatis refertum, qui quoad religionem, magnis superstitionum tenebris sunt quasi teæti. Colore nigri, ut & cæteri Æthiopes, ad bellum prompti & alacres. Regem habent, cui multi præterea reguli obediunt, multum tamen ipsi crebris rebellionibus faceientes negotij. Arma sunt ipsis arcus, sagittæ & leuia pila. Rex magnum semper alit exercitum, multasque instar Romanorum legiones: cum enim maximus sit Imperator, multos diuersosque regens populos, armis semper ad coercendos rebelles opus habet. Bello etiam mulierum opera vitur, quæ milites præbent ipsis viris multo cordatores. Amazonum hæ antiquarum more sinistram mammam exurunt, ne in emitendi sagittis aliqd ferat impedimenti. Arma carum sunt ut & virorum, quibus vtuntur magna dexteritate, tantaque constantia, ut mortem potius exspectent quam se loco moueri patientur. In preliis hoc vtuntur inter cætera, ut fraudum est hoc genus refertissimum, stratagemate, quod fugā simulantes, iacula subinde retro mittant, & cum hostium nimio ferore consequentium vident turbatos ordines, subito se conuertentes, obuios omnes iaculis & telis conficiunt, nemini parcētes, vnde & ab hostibus tam propter crudelitatem, quam propter admirandam celeritatem, valde timentur. Propriam prouinciam regis permisso solæ habitant: viros certo anni tempore ad se intromittentes: & si masculum fuerint enixa, viris eum remittunt: si verò fœmellam, exusta sinistra mamma, omnibus artibus militaribus instruunt. Tota regio magnæ est insulæ similis, vndique fluuiis circumdata. Versus Meridiem eosdem cum regulis promontorij bona spei habet terminos, & versus Septentrionem regno Mcenemugano clauditur. Ultra fluuium (ut ad propositum nostrum redeamus) Cuaman angustum, aliud apparet regnum Angoscia à circumiacentibus insulis dictum, à Mahumetanis incolis, ut & Sophalanum regnum, qui mercatores quoque sunt, habitatum. Paruo ab hoc interuallo aliud est regnum Mozambique à Lusitanis dictum, à tribus insulis quæ in ostio sunt fluminis Megincatis capacem ibi portum in quo & magna & parua naues quietam & securam stationem facere possunt, confidentibus. In harum insularum præcipua quæ & Mozambique dicitur, è

*Aedificia sumptuosa.**Iacula bella costi.**Amazones.**Angoscia regnum.**Mozambique regnum.*

## REGNI CONGIANI.

55

dicitur, è regione prædicti fluuij sita, ita vt ipse præcipuam securitatem portui concilicet. Lusitani castrum suum habent primarium, cuius præfectus reliquis omnibus præest, vbi etiam quassis Lusitanorum ex Indiis redeuntium nauibus propter summam portus commoditatem præcipuum est asylum, non solum è periculis, eò si possint, confugientes, sed etiam si quando accidit, vt eo tempore veniant, quo promontorium Bonæ spei transiri propter tempestates non potest, cursum eò legentes: ipsæ etiam naues è Lusitania venientes præteruerunt promontorium, hic plerumque anchoram iacere & se reficere coguntur, vnde etiam commercium in ea est longè maximum. Hic primum quoque Lusitani Indiam inuestigantes, linguam Indianam addiscere cœperunt, & itineris duces naucti sunt, quorum opéra ad reliqua remotissimæ regna penetrarunt. Incolæ pagani sunt, homines cæterum feri, rudes, & nigri, sagittarij vt & pescatores & vrinatores optimi, nullis cæterum tecti vestimentis. Paulò interius iuxta littus iacet insula quædam Chiloa dicta, parua ea quidem, sed ultra modum fertilis; *Chiloa in fulta.* propter saluberrimam aëris temperiem, vnde arboribus semper frondentibus, fructibus semper oneratis, amoenissimo spectaculo ornata est omnis generis alimenta ad viatum humanum & ad delicias requisita proferens. Iacet hæc in fauribus Cuai fluuij, qui ex magno cum cæteris Nili lacu oriens, magno cum impetu mari illabitur. E regione huius insulæ alia in alto mari versus Orientem, est insula eiusdem quoque nominis, & qualitatis, vt & incolæ vnius eiusdemque videntur nationis: omnes pagani, & fere quoad colorem corporis albi, ita vt magna sit inter ipsos, & quos descripsimus populos differentia. Decenter vestiuntur omnis generis tam ex lana quam ex sericis confectionis pannis. Mulieres torquibus aureis, tam in collo quam in manibus ornantur. Domus ipsis ex ligno, lapidibus, aliisque eiusmodi rebus, vt & nobis, sunt quam sumptuosissima & elegantissima structura, quibus adduntur horti omnibus generis fructibus & leguminibus semper abundantes. Fuit hæc Insula Chiloa olim præ cæteris circumiacentibus insulis florentissima, ita vt rex etiam eius omnia reliqua continentis loca sub suo regeret imperio. Vnde cum Lusitani eo quoque peruenissent, vites non solum ad resistendum iis, sed prorsus eos è tota continenti pel- *Chiloë rex*  
*frust. a Je Llo-*  
*sianus oppo-*  
*actu, insulam cum opima & ditissima præda in Lusitanorum reliquit mani-  
bus. Castrum quoque in ea Lusitani exstruxerunt, sed quod postea melioribus & commodioribus aliis in locis erectis, Lusitaniæ regis iussu solo rursus æqua-  
tum est.*

Hic non silentio prætereunda est Insula S. Laurentij à Lusitanis sic dicta; *Insula S. Law-*  
quod eius festo primum sit ab ipsis detecta, tantæ magnitudinis, vt mille millia- *rentij.*  
ria in longitudine contineat, incipiens (è regione nimitum versus Orientem)  
ab ostio fluminis Magnicis, & versus Septentrionem usque ad fauces Coau. Inter  
quam & continentem versus promontorium Bonæ spei, mare vehementi  
fluxu & refluxu, canalem constituit 340 milliaria latum, angustiorem in medio  
è regione regni Mazambiquani, nemirum 170 saltum milliaria latum, in superiore  
parte versus Orientem, latissimum, quamplurimis inclusis insulis. Naves  
Hispanicæ quæ Indias Orientales frequentant, plerunque (non admundum bene  
adhuc altero ab exteriori insulæ parte in vastissimo pelago cognito itinere)  
per hunc canalem quamuis non sine periculo nauigant. Et sane expetendum  
foret, hanc insulam ab humanioribus incolis esse habitatam, propter insignem  
eius ad omnia commoditatem. Optimis enim securissimisque portibus  
circumdata est, diuersis ac limpidissimis fontibus & fluviis rigata producit  
omnis generis fructus & legumina exquisitissima. Carnes etiam tam ferinas  
quam

quam domesticas magna copia terra, aër aues, pisces aqua præbet gustu gratissimo, ita ut nihil in ea desiderari queat. Incolæ pagani sunt, aliquid cum Mahumetana hæresi sentientes commune, colore inter album & nigrum (Hispanis mulato) bellicosi & armis, quæ sunt arcus, sagittæ, & tela è subtilissimo ligno, cuspidè ferrealamata, quæ magna vi manibus, & magna dexteritate in aduersum torquent hostem, plurimum dediti. Peltos quoque & thoraces habent ex coriis animalium confeccos quibus iætus aduersariorum absque periculo excipiunt. Insula pluribus subest regulis, qui plerunque inter se dissident, vnde & continua ferè exercentur bellis. Abundat auri, argenti, ferri, & æris, aliorumque metallorum fodinis. Incolæ ferè nunquam insula egrediuntur, sed tantum in littore paruis scaphis ex uno ligno constantibus, ad pïscationes, aut fluviorum traiectiones vtuntur, maxima ex parte inhospitales, ita ut peregrinos nullo modo, aut ad commercium, aut ad aliud quippiam admittant. Cum quorum tamen aliquibus commercantur Lusitani in ipso mari, aut in portibus saltè terram non attingentes, merces suas succino, cera, argento, auro, ære, aliisque rebus commutando. Plures in hoc canali iacent Insulæ aliae, à paganis & Mahumetanis habitata, quarum præcipua est S. Christophori, & post insula S. Spiritus, deinde Magliaglia, reliquæ, ut Comorus, Anzoama, Maiottus, & paruæ & nullius ferè sunt nominis.

*Mombaza-*

*num regnum.*

Ascendendo postea, ut ad coeptum nostrum redeamus iter, à prædicto regno & insula Chiloa, occurrit regnum Mombazanum, tribus gradibus cum dimidio versus Austrum eleuatum, nomen habens ab Insula continentis opposita, à Mahumetanis habitata, quæ Mombaza ab incolis dicitur. In hac ciuitas eiusdem est nominis, ædificiis, sculpturis, & picturis ornatisima: rege Mahumetano in ea sedem suam habente. Putabat & hic rex sibi

*Mombaza-*

*nus quoque*

*rex jasira*

*Lusitanus re-*

*siste.*

vires sufficere ad repellendum Lusitanos, sed eadem qua Chiloanus victus præda Lusitanos opima, plurimum enim auri, argenti, vñionum, pannorum omnis generis ex gossipio confeccorū ibi inuenierunt, ditauit. Situs eius est inter Chiloæ à Meridie, & Melindæ à Septentrione confinia. Rex Monemugano ut summo Imperatori est tributarius. Sequitur regnum Melindanum paraum quoque, quod se in littore maris extendens, vsque ad fluum Chimanchi, duobus gradibus cum dimidio eleuatum, & prædictum fluum ascendens per continentem, ad centum milliaria in circuitu continet. Ab altera parte fluminis magna est plaga, à Mahumetanis ibidem habitata, quo ad corporis colorem albis ferè. Quorum domus ut apud nos è lignis, lapidibus, & cémentis constructæ.

*Oues magna.*

Oues habent duplo nostratis maiores, quas in quinque æquales partes diuidunt, caudam enim quæ ad 25 vel 30 libras eleuat, pro parte præcipua numerant. Mulieres albæ, Arabum more vestiuntur, vestibus sumptuosis & pannis sericis confeccis, pectus & brachia monilibus aureis & argenteis ornatae: incedunt velo testa facie, ita ut non facile nisi ipsæ velint, videri aut conspici possint. Hic Lusitani plerunque in terram descendunt, cum portus non solum & statuas nauium habeant securas, sed & incolas humanissimos, qui absque vlla fraude aut malitia cum ipsis quam amantissimè conuersantur. In mari præterea è regione duorum prædictorum regnorum Mombazæ & Melindæ, tres surgunt

*Monfia, Zan-*

*zber, S*

*Pemba in-*

*jula.*

insulæ; quarum prima Monfia, secunda Zanziber, tertia Pemba dicitur, à Mahumetanis quoque habitata & populatissimæ, incolis albis, non armis sed agriculturæ deditis, & mercaturæ: Zaccarum enim quod magna copia apud ipsos prouenit, cum aliis fructibus & leguminibus, paruis cymbis impositum, continentis habitatoribus diuendunt. Præter prædicta hæc tria regna Chiloam nimirum Melindam & Mombazam, littoralia, interius intra ipsam continentem, versus Occidentem est magnum illud, de quo aliquoties mentionem fecimus, Monemugi imperium, quod versus Aquilonem confinia Mozambiquani regni & Mono-

*Monemugi*

*regnum.*

& Monomotapani contingens, versus Occidentem inter duos Nili lacus : & versus Septentrionem imperij Prette Gianni terminis clauditur. Et hic cum maritimis regibus prædictis pacem colit, propter commercium cuius ipse quoque utilitatem percipit; allatis hinc omnis generis rebus in suo regno, tam ad vestitum quā ad ornatum necessariis, ut sunt omnis generis panni preciosi ex goffio aut serico confecti, aliæque merces preciosiores. Et præcipue delectantur incolæ globulis quibusdam ex Cambaia allatis, quibus ex bitumine quodam vitrum claritate referente, rubro aut puniceo colore tintatis, & filis corallorum more appensis, vtuntur pro insigniori ornatu; etiam nihili facientes aurum, pecuniae eos habent loco, pro quibus, vt & pro aliis mercibus dant ipsi aurum, argentum, æs, & ebur. Sed ab altera parte versus regnum Monomotapanum, continuò præliatur, successu aliquando tam cruento, vt de victoria non facilè iudicari queat: concurrunt enim ibi duo potentissima totius istius continentis regna, quorum subditi etiam & milites sunt omnino bellicosissimi: Monomotapæ rege in aciem educente, præter maximas copias quas semper habet instratas, Amazones de quib. supra diximus, crudelissimas viragines: Monemugi autem rex Giachas habet, de quibus supra mentionem fecimus, audaciam eorum & robur in capienda Congo & toto regno deuastando describentes, Amazonibus illis, vt & constantia, ita & crudelitate non inferiores. Mos his est, quod labra & genas ferris carentibus signant, & palpebras versus frontem erigunt, vnde cum ipsi nigerrimi sint & oculos albos patentesque ostendunt, cacodæmones potius quam homines apparent: adde quod & terribili suo clamore & boatu vel cordatissimum quenque perterrefacere possunt. Scutis quoque suis latis bifariam vtuntur: aut enim terræ eos infigunt (ab inferiore enim parte sunt acuti) vt muri ipsis sint loco: aut iis in altum eleuatis omnes hostium sagittas excipiunt. Hoc etiam Amazonum fraudem stratagemate eludunt; quod nimurum fugam simulantibus insistunt quidem, sed obseruato ordine, & pauca emitentes iacula; cum vero vel defessas, vel iaculis sentiunt destitutas, tum ipsi primum præliari incipiunt, & hostes quasi inermes in fugam agunt & opprimunt. Ipsi tamen Amazones huius rei expertissimæ, fraudem fraudem compensant, & ita rem gerunt, vt si victæ fuerint, quod raro tamen fit, arte manuum & pedum velocitate adiuta, mortem potius oppetant, quam hostium, quos se commesturos sciunt, fidei se committant: & hinc, vt diximus, prælia fiunt crudelissima. Versus Septentrionem inter Monemugi regem & Prette Gianni, aliquot sunt reguli qui paruo negotio deuicti, nunc hunc, nunc illum pro domino agnoscunt, colore cæterum albo, & statura reliquis huius plagæ incolis maiores.

*De reliquis locis usque ad sinum Arabicum. De imperio Prette Gianni & eius confiniis, & demum de Nilo eiusque origine.*

## C A P V T X.

**I**TTVS itaque, vt dicere coepimus, legendo vterius à Melindano regno usque ad sinum Arabicum, multa occurunt loca à Turcis siue Mahumetanis colore corporis albo, inculata, multi quoque portus, in quibus vndique conuenientibus tam incolis quam extraneis, omnis generis merces distrahuntur. Primus dicitur Patee, secundus Braua, tertius Magadoschus, quartus Affion, & ultimus à promontorio illo famoso, quod versus Orientem in mare exporrigitur, habet nomen Guardafui,

H

quo

Bella cum Gi-  
onis Versus  
Meridiem  
cruentissima.

Giacharum  
ornatus.

Quomodo A-  
mazonum  
fraude  
de eludent.



*Guardafni  
promontori-  
num.*

*Baragiam  
regio.*

*Barbelman-  
del in fau-  
ces sinu d-  
rabici facens  
insula d.o e-  
tus confituit  
est.*

*Prette Gian-  
ni imperium.*

*In sole Ga-  
riani colore.*

*Lex vestia-  
ria.*

*Festum Af-  
fumptionis  
Mariae ma-  
gnisolemni-  
tate celebrat.*

quo etiam ipsum promontorium insignitur. Et hoc promontorium **magnum** cum sit, & egregie prominens, omnibus præter nauigantibus ex India, Ormo, & Arabia felici, ab alto conspicuum est: circa quod etiam Lusitani, maris huius dominium sibi vendicantes, Turcicas naues, quæ in iis locis absque ipsorum consensu commercantur, exspectant, & preciosis mercibus oneratas, capiunt, ita ut præda aliquando reddantur ditissimi. In circuitu autem huius promontorij, versus Occidentem, sunt quoque aliqui portus, à Turcis occupati, quorum primus dicitur Meth, secundus Barbora, & hic albus incolarum color cefsat, succedentibus rursus Æthiopibus; hinc vterius reperiuntur Ceila, Dala-ca, Malaca, portus quoque egregij omnes in uno territorio, quod incolarum lingua Baragiam dicitur. Incolæ Æthiopes sunt, armis promptissimi. Vestiuntur inferiore tātum corporis, ab umbilico parte, tela gossipina, & honoratores pallia quoque cucullata, quæ Bernussos dicunt, gerunt. Terra cæterum auro, ebore, & omnis generis commeatibus abundans. Hinc apparent gemina sinus Arabici ostia, insulam Babelmandel, quæ inter utramque continentem sita est, ab utraque parte præter labentia, quoru alterum, quod versus Occidentem est, 25 milliaria continet in latitudine, profunditate tali, ut etiam maximis nauibus sit peruum; alterum 5 tantum milliaribus latum, vadis, scopolis, & arenis ita est refertum, ut vix scaphis sit peruum. Integra autem illa faux qua sinus in Oce- num effunditur, est 30 milliaria lata, ab utraque parte habens promontorium, quorum id, quod in Africæ est continenti Rosbel, alterum vero, quod in Arab & felicis continenti est, Ara vocatur. Totus sinus qui ad 1200 milliaria in longitu-dinem extenditur, ab utraque parte iuxta littora vadis & insulis est refertus, ita ut nusquam nisi in medio nauibus onerariis tutum sit iter. Magno enim impe-tu versus mare defluens aqua, arenas in littore eiicit, medium semper magis magisque excavans. Porro quoniam aliquoties Prette Gianni incidit mentio, qui maximus & potentissimus totius Africæ est Imperator, superest ut & de eius regni situ & confiniis pauca dicamus. Incipit autem eius imperium ab interio-re faucium sinus Arabici parte (ipsas enim fauces cum aliqua continentis parte intra 50 ab hinc annos, ducum suorum negligentia amisit, Turcis eam insiden-tibus) & extenditur usque ad insulam Nili, Sienen, quæ est sub tropico cancri: ita ut confinium eius versus Orientem & Aquilonem sit maior sinus Arabici pars: versus Septentrionem autem & Occidentem claudatur Ægypto & Nu-biæ desertis: & versus Meridiem contingat prædictum Mœnemugum regnum, in suo circuitu comprehendens quatuor milliarium millia. Regnum in multas prouincias diuisum est, quarum quæque suum ab Imperatore habet præfectum aut regulum. Totum est auro, argento, gemmis, omnisque generis metallo-rum fodinis refertum. Incolæ non sunt eiusdem coloris, sed pro locorum dif-ferentia variant, alijs enim sunt nigri, alijs albi, & alijs coloris intermedij, statura mediocri, & habitu decenti. Aulici & optimates vestes habent ex omnis gene-riis pannis preciosis confectas, quibus addunt torques aureos, monilia, alaque ornamenta: reliqui ex legum præscripto, secundum suum quisque vestiuntur ordine, ita ut quibusdam non nisi consutis animalium pellibus vti licet.

Christiani sunt, præterquam quod ceremonias alias ab Hebreis mu-tuantur. In festo assumptionis Mariæ, conueniunt omnes reguli & satrapæ in regni Metropoli Belmalechi, & ad festum magna cum pompa celebrandum, & ad tributa regi debita persoluenda: magna quoque eò populi parte confluen-te. Festum celebratur solemni processione, in qua circumfertur statua virginis, humanæ magnitudinis, tota aurea, pro oculis habens duos pyropos lucentissi-mos, & maximum precij, reliqua corporis parte monilibus, auro, geminisque, ita ut oculos perstringant, lucetibus ornata, trabi insistens aureo, mirabilis artificij.

Imperator

Imperator quoque progreditur, curru insidēs aureo, aut elephanti, auro gemmisq; ferè vndique te&tto. Reliquus populus tanta concurrit multitudine, vnoquoque statuam & regem videre cupiente, vt plurimi etiam conculcentur. Vocatur rex corrupto vocabulo Prette Giani, quod ipsorum lingua restitutum *Nomen regis.*  
Bel Gian sonat, nomine composito à Bel, quod ipsorum lingua, summum, perfectissimum & omnium excellentissimum, & Gianni, quod principem ac dominum significat: & cum posterius cuique principi aut regulo detur, compositum, non nisi ipsi regi, omnium maximo & excellentissimo, qui Dauidem etiam se vocat, competit. Restat nunc pro operis conclusione Nili descriptio.

Oritur aut hic non in regno prædicti Prette Gianni, vt quidam autumant, *Nili origo.* multò minus ex montibus Lunę: neque etiam secundum Ptolomæum ex duobus lacubus, quorum alter versus Orientem, alter versus Occidentem, radicibus horum montium adiacent, distantes à se inuicem ad 450 millaria. Sub ea enim poli eleuatione sub qua Ptolomæus hos duos lacus esse affirmat, situm quoque est regnum Congianum & Angolanum versus Occidentem, & in plaga Orientali iacet imperium Monomotapanū & regnum Sophalanum; ita vt interstitium continentis ab Oceano Indico vsque ad Æthiopicum sit mille & ducentorū milliarium: in quo affirmat vt oculatus testis dominus Edoardus, qui per aliquot annos in hisce regionibus peregrinatus est, nullum prorsus reperiri lacum, præter vnum saltem, qui regnum Angolanum à Monomotapano diuidit, in parte Occidentali ab Angolanis, in Orientali vero à Monomotapanis & Sophalanis habitatus: ita vt nullius alterius vsque in hisce regionibus habeatur cognitio. Verum quidem est, duos hic esse lacus, sed hi aliter siti sunt, quam putat Ptolomæus: primus enim longe à montibus Lunæ abest, habens secundum non in latere, sed ante se, linea ferè recta versus Septentrionem ducta, ad quadringenta ferè millaria distantem. Opinantur quidam etiam ex incolis, quod Nilus è primo lacu egressus à terra absorbeatur, & post rursus ebulliat, alij contrarium affirmant, quibus & Edoardus noster ad stipulatur; cum enim vastas nullo ferè certo alueo solitudines perfluat, absorberi falso putatur. Deinde cum in secundum illabitur, certe ex eo propriè loquendo oriri non potest, sed vere originem habet ex priore duodecim gradibus versus polum Antarticum eleuato, horridis & inaccessis ferè montibus, vt sunt Cafates, nitri, argenti, aliisque montes quamplurimi circumdato. Atque ita vt diximus, ex hoc Nilus exoriens descendit recta linea versus Septentrionem ad 40 millaria, vbi demum in secundum priori maiorem & Mare ab incolis appellatū influit, sub linea Æquinoctiali sitam, cuius latitudo est 220 millaria. De hoc pro certo referunt Anzichi, versus Septentrionem vicini habitari eum à populis Lusitanos per omnia referentibus, scripturis, numeris & mensuris vtentibus, vnde argumentamur imperium altissimum aut Prette Gianni hinc non longè abesse. Ex hoc autem lacu effluens per 700 millaria, insulam constituit Meroen, aliis etiam fluminibus auctus. Coniungitur enim cum eo ab Orientali latere Colues *Colues flu-* fluuius magnus quoque è lacu eiusdem nominis in confiniis Melindani regni *urus cum Ns.* *to consungi-* sito, oriundus, aliisque ab altera parte torrentibus: quibus, vt diximus, auctus in *tur.* duas partes diuiditur, terram altam & montosam ab utraque parte ambiens, quæ Meroe ab incolis appellatur. Præterea in circuitu huius insulæ ab utroque latere multi alij concurrunt fluuij & torrentes, quorum ab Oriente præcipuus & maximus est Abagni è lacu Bracina, imperium Prette Gianni perlungens, & ab Occidente præcipuus est Saraboë, è lacu eiusdem nominis proueniens: fluuij præter cæteros magni & nauigabiles. Quos omnes in se recipiens Nilus, versus Septentrionem insulam ita, vt diximus, constituens, in vnum postea omnes reducit alueum, & per Æthiopiam defertur, vsque ad Cataractas illas celebres,

Iebræ, vbi in valle quadam altissimis restrictus montibus, tandem iuxta Sienen insulam, ex altis decidit scopulis tanto cum fragore, vt aures sonum etiam longius remotæ non sustineant. Et hinc Ægyptum perfluens, tandem per aliquot ostia, quorum hæc duo, nempe Diamato, versus Orientem, & Rossetto, versus Occidentem, sunt præcipua, in mare Mediterraneum è regione Cypri effunduntur.

*Vnde Nilus  
et suo tempore  
inundetur.*

Incrementum eius admirandum quod attinet, causa eius præcipua est aquæ copia, quæ hybernis temporibus continuis pluviis de cœlo cadit, (hyeme ibi cum Vere nostro, hoc est, in principio Aprilis incipiente) quæ non minutim, vt apud nos, sed tanta copia tantoque cum impetu cadit, vt terra ad inhibendum non sufficiente, omnes vndique fluuij tandem intumescant, præcipue cum, vt & suprà diximus, continuae sint, per quinque integros menses, scilicet Aprili, Maii, Iunio, Iulio & Augusto, durantibus pluviis.

Adde etiam quod regio montosa, altissimis montibus, profundis conuallibus, & per consequens multis torrentibus & minoribus lacubus est referta: vnde fit, quod his omnibus, vt diximus,

*Lacus maxi-  
mi.*

intumescentibus, aquæ magno cum impetu deferantur in fluuios & lacus maiores, quibus & hic tractus præ reliquis omnibus mundi partibus abundat, habens aliquot tantæ magnitudinis, vt maria potius quam lacus videantur, qui deinde etiam non minori copia se rufus exonerant: atque ita Nilus ex his versus Septentrionem descendens, vt & Zairus & Nigir versus Occidentem, & alij versus Orientem & Meridiem, statis hisce temporibus, magno omnium miraculo augmentur, vt plerunque incipiat intumescere circa finem Iunij, & crescat semper usque ad 20 vel circa Septembbris, nunquam ferè aberrans. Cum enim pluviæ versus Meridiem sint certæ, & illis oris vbi decidunt, aquis certo temporis spacio rigatis: reliquæ aquæ defluentes, errare non possunt. Fuit causa haec tenus obscura multisque ambagibus, erroribus & fabulis inuoluta, & cum saniores qui quis facile iudicare poterant augmentum hoc à pluviis prouenire, vt

in antiquissimis scriptoribus ab Homero usque videre est, nunquam

tamen penitus cognosci potuit, donec nobis singulari

cura & industria domini Edoardi manifesta-

retur, omnes contrarias opi-

niones refellens.

F I N I S.

INDEX

# INDEX RERUM ET VERBORVM MEMO- RABILIVM.

## A

BAGNI maximus Orientis fluius.	fol. 59
Æthiopes albi in Lybia.	7
Æthiopum nigredo vnde?	ibid.
Alfonsi Congiani regis filij in Christianam religionem feroꝝ.	34
Alfonſus apud patrem quasi regno ipsius inhibaret, accusatur.	ibid.
Alfonſus post obitum patris in regium solium eleuatur.	35
Alfonſus à fratre oppugnatur.	35
Alfonſus paucis stipatus fratris iniustam vim exertat.	ibid.
Aſſini milites trepidantes fugae ineunt confilia. ibid. ab Emanuele Sogni prefecto retrahuntur.	36
Alfonſus miraculo diuino de futura victoria confirmatur.	37
Alfonſus auxilio omnes fratris copias vincit, fugatq; ipsius erga hostes clementia. ibid.	
Alfonſus propriis humeris lapides ad structurā templi S. Crucis attulit.	39
Alfonſus omnia idola in unum conferri & comburiat.	ibid.
Alfonſus tria præterea templi sumptuosa extrui curat.	40
Alfonſus moriens filio Christianam religionem commendat.	ibid.
Aluarus Henrici fil. in regno Congiano successor.	42
Aluarus Lufitanos dispersos cum Congianis reconciliat.	ibid.
Aluarus ab aucto in Christianam religionem feroꝝ remittit.	43
Aluarus à Giachis oppugnatus fugam capessit.	44
Aluarus fame intolerabili premitur.	ibid.
Aluarus Lufitanorum auxilio in regnum restituitur.	54
Aluarus modestior exinde factus, sacerdotes à rege Lufitania petiit. ibid. quos agre tandem impetrat.	46. 47.
Aluarus è serua Aluari filius, ipsi Aluaro in regno succedit.	45
Aluarus Lufitanis fodinas in regno Congiano machinantibus callide denegat.	46
Aluarus periculum ex occultatis fodinis cognoscens, eas denium regi Castellano offert.	47
Ambize angulo quod genus pisces.	10
Ambiziamat are quid?	8
Ambra vel succinum è balenarum spermate non enascitur, contra multorum opinionem.	9
Ambriz fluius.	10
Amboe populi qui.	11
Angola regnum.	2. 14

Angolanorum & Congianorum cum Lufitanis commercia.	14
Angolanus rex Lufitanorum & Congianorum merces ſpoliat.	15
Angolanorum arma & stratagemata.	16
Angolani & Congiani exercitus congreſſus.	ibid.
Angolanorum moneta, religio, lingua, qualis.	17
Angolanorum incuria in procurando commeatu bellico. 17. Carnes caninae apud ipſos in magno preceſio.	ibid.
Angoscio regnum, vbi?	54
Angra flumen oſtium insulae S. Thomæ.	4
Animal quoddam bipes, horridi aspectus pro deo apud gentiles colitur.	23
Anthropophagi vbi præcipue.	12
S. Antonij insula.	1
don Antonio Manipemba. Pemba p̄fectorus.	27
Anzicanum regnum multis fodinis celebre.	11
Anzicanorum rebellio edificationem templi Congiani remoratur.	33
Anziques populis ē inuicem deuorant.	11
Anzicanorum arma.	ibid.
Anzicanorum agilis & audacia.	12
Anzicanorum ornatus.	ibid.
Anzicanorum religio.	ibid.
Aquelunda lacus.	18
Aſſa promontorium.	ibid.
Arabia felix sic dicta vbi.	54
Arbor, oleum, vinum, acetum, & panem, præter frumentus peculiares ministrans.	29
Arbores sub aqua, in Loanda insula.	78
Aroe fluius aureas arenas secum raptat.	52
Assumptionis Mariae festum, vbi magna in primis solennitate celebretur.	58. 59
Aurum & argentum non vbique gentium monetæ sunt loco.	9

## B

Albemendel in fauibus ſinus Arabici iacens insula, duo eius conſtituit oſtia.	58
Baia de las almadias, ſive lacus ſeapharum, vnde ſic dictus.	10
Balenarum multitudine iuxta insulam Loandam.	9
Bamba regni Congiani prouincia. 18. incole eius optimi milites & robustissimi.	19
Bamba prouincie animalia tam terrefria quam volatilia varia.	21. 22. 23. 24
Banam fructus qualis.	29
Baragiam regio.	58
Barameda oſtium fluminis Guadalchibir.	48
Barbela fluius.	26
Batta & Bembæ due regni Congiani prouincia.	18

I N D E X.

Soli Battæ præfecto sclopetarij conceduntur, & quare.	26	Colæ arboris virtus singularis.	30
Battani præ ceteris Congi prouinciis singularibus gaudent priuilegiis, & quare.	26	Colues fluuius cum Nilo coniungitur.	59
Begnus fluuius.	9	Corisco insula.	4
S. Benedicti flumen ostium insulae S. Thomæ.	4	Congo Africæ regnum & insula. eius situs. 5. temperatura aëris. ibid. amplitudo. 7. Argentifodini felix.	ibid.
Benglebi fluuius.	7	Congus vrbs quare in summitate montis ædificata.	
Bramas quales populi.	11	28. rex Congianus ibi residet. ibid. vrbis circuitus, & loci fecunditas.	29
Bona spesi promontorium.	6	Congiani regis titulus.	18
Bona spesi promontorium, vnde ita dicatur. eius circuitus.	50	Congiani regni magnitudo & circuitus.	7.18
ibid.		Congi rex quomodo ad fidem Christianam conuerlus fuerit.	31
Boreæ, ostium insulae S. Thomæ.	4	Congi rex sacerdotes per legationem à Lusitania rege peti.	ibid.
Brauaghul fluuius.	52	Congiani regis & Congianorum in presbyteros Lusitanos reueuentia.	32.33
Brocato pannus vbi conficiatur.	13	Congi rex vna cum vxore baptizabatur.	33
Bubalorum sive asinorum sylvestrium vbi magna copia.	22	Filius quoque regis maior natu vna cum multis nobilibus.	34
Bucella panis seruo commutata.	44	Congi regum sepulchrum hodie vbi.	40
Buttuanum regnum aurifodinis abundat.	53	Congiano: um morbi.	51
 C		Congiani tres vno momento eliguntur successores in regno. 42. sed vtrinque per tum ultum obtruncantur.	ibid.
<b>C</b> Abambæ montes argenti venis insignes.	16	Congianus rex in publico comedit. 50. Ius itidem dicit publicè. ibid. in criminalibus quomodo procedat.	ibid.
Cabo de las currientes sic dictum vbi?	53	Congi regis minor natu filius, vide Pangus.	
Cabo de las palmas, promontorium palmarum.	4	Congi regis filius natu maior, vide Alfonso.	
Caboverde insula.	47	Congianorum celo, statura & forma. 5. perpetuum ferè habent aquinoctium. ibid. cochleis marinis loco pecunia rituntur in commerciis.	8
Cacango pisces regius Salmonem figura refert.	10	Congianorum armatura & ordo militaris.	15
Cadis insula prope Hispaniam.	8	Congi. ni & Angolani exercitus congressus.	16
Canissa fluuius dulcis regni Matamani.	52	Congiani equorum loco seruos habent, à quibus portantur.	22
Canalis marinus. 55. Insula circumiacentes.	56	Congiani plerasq; arbores palmarum nomine nuncupant.	29
Caput falsum fluuius ita dictus, & quare?	52	Congiani domos suas foliis palmarum sylvestrium p. o tegulis cooperiunt. 30. quare etiam humili habent adfuria. ibid. qualia olim habuerint nomina quibus dignoscabantur.	32
Caput viride.	1	Congianorum mos & honorem & obedientiam regi suo declarandi.	33
Caringa fluuius.	26	Congiani fame adacti voluntaria seruituti se mancipant.	44
Carnes caninae apud Angolanos in magno prelio.	17	Congianorum vestitus antiquus. 49. hodiernus ibid. instrumenta musica 50. choreæ.	ibid.
Carnes humanae vbi publice in macellis vendantur?	12	Congiani nullas scripture distituti, habent historias, neque amorum decursus norunt.	50
 Casbarus Diazius à rege Congiano ad Lusitanæ regem legatus mittitur. 48. ab Anglis captus, egre tandem euasit.	ibid.	Congianorum medicamenta.	51
in insula de Cauallos famæ dirissima.	44	Congianus sibi quilibet & medicus & cheirurgus. 51	
Chamaleon quale animal.	23	Cristallinus mons in regno Congiano.	13
Charta regio sigillo signata moneta loco.	9	Crux in regno Congiano erecta à rege Alfonso hodie adhuc visitur.	37
Chelanda lacus.	19	Cuai fluuij ortus.	55
Chiloa insula fertilis & ratione aëris saluberrima. 55		Cuama fluuius.	5
Chiloa insula versus Orientem, eiusq; indolæ à cæteris diuersi.	55	 Com-	
Chiloa insula à Lusitanis deuictore rege per vim occupata est.	ibid.		
Chimanchi fluuius.	56		
Chitangas Congianis qualis morbus.	51		
Chizzamæ populi refractarij.	27		
S. Christophori fluuius.	53		
Clerici in regno Congiano absque episcopofacti disolutiores. 41. officiorum renunciantes, remigrarunt in Lusitaniam.	42		
Climbeba regni Matamani prouincia.	52		
Cochlea pecunia loco sunt apud Congianos. 8. & apud multas alias gentes.	9		
Cola arboris cuiusdam fructus.	29		

# I N D E X.

**C**ommercia ibi Lusitanorum & Mahometista-  
rum varia. ibid.

**C**ubagoa insula. 47

## D

**D**ande fluuius, magnarum nauium capax. 9

Dante quale animal. 22

Diabolus cursum Euangeli conatur remorari. 33

Diamato versus Orientem ostium per quod Nilus in  
mare mediterraneum effunditur. 60

## E

**E**Bur quare hodie quam olim minus pretiosum. 21

Edoardii Lopez in regnum Congianum nauiga-  
tio. 1

Edoardus Lopez à rege Congiano legatus in Lusita-  
niam mittitur. 47. non ex omni parte feliciter.

48. à Philippo Castiliae rege nihil eorum quo-  
rum gratia missus fuerat impetrat. 48. Roman  
petit & Papæ miseras regni Congiani narrat. 48

El capo falso fluuius ita dictus, & vnde. 52

Elephant albi in Lybia. 7

Elephantes horridæ magnitudinis in prouincia Bam-  
ba. 19. qua industria ab incolis caudis priuentur.

20. iuncturas habent in cruribus contra multo-  
rum opinionem. ibidem. Fætum duobus annis in  
vtero gerunt. ibid. magnis semper incedunt ar-  
mentis. 21

Elephas innocuus nisi iniuria lacefatur. 20

de Elephante historia qui proprium occidit pullum.  
20

Elephantorum capture. ibid.

Em. in sel Sogni praefectus. vide Sogni praefectus.

Epalange animal quale. 22

Enz. indi arbor miraculosa in insula Loanda. 8

Episcopus è Lusitania in Congum missus, singulari-  
cum gaudio excipitur. 40

Episcopi & clericorum in regno Congiano dissi-  
dium. 41. causam prebuit ruina religionis Chi-  
ristiana. 42

Episcopalis sedes in regno Congiano aliquoties va-  
cauit. 41.43

Equorum insula. 10

Etiesj venti qui dicantur. 2

## F

**F**œminarum Congianarum vestitus antiquius. 49

bodiernus. ibid.

Feles Cibettaria in prouincia Bamba. 22

Ferdinandus Poo. 4

Flume del campo ostium in insula S. Thoma. 4

Franciscus fratri Petro in regno Congiano succedens,  
paulò post moritur. 41

Franciscus Bullamatare relinquenda Christiana re-  
ligionis, & regi & populo Congiano suscitor. 43

ipsius mortui cadauer à malis spiritibus horren-

dum dilaceratur. ibid.

Franciscus Dracus, Anglus, nobilis pyrata. 3

Franciscus Gouea dux Lusitanus expulsis Giachis,  
Aluarum regno Congiano restituit. 45

Franciscus Martinesius nouam detexit viam ad por-  
tum Loandanum. 4

## G

**G**aban flumen portu & mercimoniis insigne. 4

Gala lacus vbi. 53

Giaqua populi bellicosi Congianis infesti. 26

Gizche populi anthropophagi quales? 43. Congia-  
num regnum ingressi regem ipsum regno pellunt.

44. vrbe regia nullo ferre labore potiuntur. ibid.

à Lusitanis expellantur. 45

Giacabrum ornatus. 57. quomodo Amazonum frau-  
dem fraude in præliando eludent. ibid.

Glioua Castilliana ad episcopatum in insula D. Tho-  
ma suscipiendum è Lusitania mittitur. 46

non admodum amicè exceptus, in Lusitaniam re-  
meat. ibid.

Goe regnum. 53

Goan fluuius vnde scaturiat? 7

Guardafui promontorium, vbi. 58

Guinea regio. 1

## H

**H**elenæ insula vnde sic dicta. 2. insignis eius fer-

tilitas. 3. rerumq; omnium præcipue escu-  
lentorum inibi copia. ibid. commoda nauiganti-  
bus debilitatis statio. ibid. quare non ministratur

contra insultus pyratarum. ibid. duabus ab insu-  
lis promontorij viridis viis ad ipsam nauigatur. 4

don Henricus Cardinalis Sebastiani regis Lusitanæ  
successor, morte præuentus non diu regno prefuit.

46

Henricus don Petri frater sopitis disidiis rex Congo  
salutatus. 42. in prælio contra Anzianos oc-  
cumbit. ibid.

Honor summus quo rex Congi prefectum Battæ af-  
ficit, qualis. 26

Honorandi reges Congianos, aut quos rex honorates  
vult, mos antiquus. 32

Hyppopotami. 10

## I

**I**acobi insula. 1.4

Jacobus Francisci in regno Congiano successor. 41

Christianæ fidei & Lusitanorū amantissimus. ibi.

Differentes post huius obitum inter regni proce-  
res. 42

Idolorum olim varietas, & vanitas apud Congianos.

39. omnia vulcano traduntur. ibid.

## L

**L**acus vaccarum. 7

S. Laurentij insula vbi & vnde sic dicta. 55

H 4 S. Lauren-

# I N D E X,

<i>S. Laurentij insula fertilitas. Incolarum religio, ar-</i>		
<i>matura, inhabitanitas.</i>	56	
<i>Laurentij Marques Lusitani nauigatio.</i>	53	
<i>Legationes aliquot Aluari regis Congi ad Lusitaniam</i>		
<i>regem.</i>	48	
<i>Lelunda fluvius eiusdem cum Goanæ geriginis.</i>	9	
<i>Lembæ fluvius, nauigationi quoad magnas naves, est</i>		
<i>inutilis.</i>	9	
<i>Leones in regno Anziquano.</i>	21	
<i>Licando arboris magnitudo.</i>	10	
<i>Lignum Aquila.</i>	11	
<i>Lignum Ebenum sive Guaiacum, cui morbo potissi-</i>		
<i>mum medeatur.</i>	2	
<i>Loanda regni Congiani portus. i. eius latitudo.</i>	8	
<i>Loanda insula. 8. eius amplitudo. ibid. regis Con-</i>		
<i>giani est fodina. ibid. septem ciuitatibus est insi-</i>		
<i>gnis. ibid. Sardorum &amp; cancerorum magna ibi co-</i>		
<i>pia.</i>	9	
<i>Loangarenum. ii. eius incole Iudeorum instar cir-</i>		
<i>cum idantur. ibid. armaturæ eorum.</i>	ibid.	
<i>Loanganum regnum abundat ebore.</i>	24	
<i>eius incole idololatriæ.</i>	ibid.	
<i>LoZefluius.</i>	9	
<i>Lu. o, quale frumenti genus.</i>	29	
<i>Ludoucius Granatenis.</i>	3	
<i>ex montibus Lunaæ Nilus non scaturit.</i>	52	
<i>Luole fluij situs.</i>	16	
<i>Lupi oleo palmarum sagaciter infidiantur.</i>	22	
<i>Lupi Gonçalæ promontorium vbi?</i>	4	
<i>Lusitanorum mercimonia in insulis Macariis.</i>	1	
<i>Lusitani quonodo primum in Sogno Christianam</i>		
<i>religionem inuixerint.</i>	31	
<i>Lusitani apud Sognianos Dijputati.</i>	ibid.	
<i>Lusitani intentandis nauigationibus sunt audaciſi-</i>		
<i>mi.</i>	53	
<i>Lusitanorum filij ex fœminis Congianis suscepiti,</i>		
<i>quare albi?</i>	7	
<b>M</b>		
<i>Mataria insula que.</i>	1	
<i>Madera insula.</i>	ibid.	
<i>Magnice fluius.</i>	52	
<i>M humet istæ Lusitanæ regi subiecti, qui.</i>	54	
<i>Manisia insula.</i>	56	
<i>Mani, dictio, quid significet.</i>	18	
<i>Manibanda ob intentatum proditionem quæ pœni-</i>		
<i>nitentia imposita?</i>	38	
<i>Matamani regnum. 14. Christi illi aliorumq[ue] me-</i>		
<i>ttorum fodinis est insigne.</i>	ibid.	
<i>Matamani regni situs.</i>	52	
<i>Matamani anthropophagi. f. rarum ferè naturam</i>		
<i>bent. 52. sunt nigri, quamvis regio sit frigidif-</i>		
<i>sima.</i>	ibid.	
<i>Mazambique regnum vbi. 54. Lusitanorum est asy-</i>		
<i>lum 55. incole quales?</i>	ibid.	
<i>Mazza di Manputo quale frumenti genus.</i>	29	
<i>Magineas fluius.</i>	55	
<i>Melindanum regnum.</i>	56	
<i>Melindanorum humanitas erga extraneos.</i>	ibid.	
<i>Meroe insula.</i>	59	
<i>Mole manuaria apud Congianos.</i>	29	
<i>Mombazanum regnum.</i>	56	
<i>Mombaza insula. 56. à Lusitanis vi armata occupa-</i>		
<i>ta est.</i>	56	
<i>Monetarum genera varia apud diversas nationes.</i>	9	
<i>Monemugi regnum.</i>	56	
<i>Monomotapanū imperium aurifodinis ditissimum 54</i>		
<i>Monomotapanus rex copis militaribus semper in-</i>		
<i>stictus est. 54. Mulieribus bellatricibus ut plu-</i>		
<i>rirum in bellis vitæ.</i>	ibid.	
<i>Monomotapani nigri &amp; mira proceritatis.</i>	54	
<i>Monomotapanorum religio. 54. armatura.</i>	ibid.	
<i>Mons Cristallinus apud Anziques inhabitabilis.</i>	13	
<i>Montes integri ex Porphirio lapide, Marmore albo,</i>		
<i>Iaspide, &amp;c.</i>	30	
<i>Mont. s nitrij, vnde.</i>	13	
<i>Montes Solis vnde dicti.</i>	ibid.	
<i>Mulieres bello exercitatissimæ vbi?</i>	54	
<i>Munemugi regis bella cum rege Monomotapano cru-</i>		
<i>entissima.</i>	57	
<i>Mures pontici sic dicti, vbi.</i>	22	
<b>N</b>		
<i>Nago fluius.</i>	53	
<i>Navigatio circa promontorium Bonæspie peri-</i>		
<i>culosa.</i>	52	
<i>Navigations diuersæ ad portum Loandanum.</i>	2	
<i>Nigis fluius certis anni temporibus crescit &amp; de-</i>		
<i>crescit.</i>	60	
<i>Nigredo Aethiopum non à calore Solis, sed à sperma-</i>		
<i>tis natu; a proficisitur.</i>	7	
<i>Nili &amp; aliorum flauiorum Aethiopia incrementum</i>		
<i>vnde?</i>	6	
<i>Nili ortus.</i>	53	
<i>de Nili origine varie opiniones.</i>	59	
<i>Nili incrementum vnde.</i>	60	
<b>O</b>		
<i>Gegha qualis arbor. 30. parietum præbet rsum.</i>		
<i>ibid.</i>		
<i>Oleum palmum.</i>	22	
<i>Ostriae fluente mari in radibus arborum appa-</i>		
<i>rentes.</i>	9	
<i>Oues fecunda in prouincia Bambæ.</i>	22	
<i>Oues duplo nostratibus maiores vbi.</i>	56	
<i>Ozoni fluius, eiusdem cum Nilo originis.</i>	9	
<b>P</b>		
<i>Panza metropolis Bambæ.</i>	19	
<i>Pargus regni Congiani prouincia. 18. licet reli-</i>		
<i>q[ue]s sit minor, tributum tamen non pendit mi-</i>		
<i>nus.</i>	26	
<i>Pangus ciuitas prouincia Pangi.</i>	26	
<i>Pangus regis Congiani minor natu filius Christia-</i>		
<i>nijnum</i>	nisi	

<i>Mataria insula que.</i>	1	
<i>Madera insula.</i>	ibid.	
<i>Magnice fluius.</i>	52	
<i>M humet istæ Lusitanæ regi subiecti, qui.</i>	54	
<i>Manisia insula.</i>	56	
<i>Mani, dictio, quid significet.</i>	18	
<i>Manibanda ob intentatum proditionem quæ pœni-</i>		
<i>nitentia imposita?</i>	38	
<i>Matamani regnum. 14. Christi illi aliorumq[ue] me-</i>		
<i>ttorum fodinis est insigne.</i>	ibid.	
<i>Matamani regni situs.</i>	52	
<i>Matamani anthropophagi. f. rarum ferè naturam</i>		
<i>bent. 52. sunt nigri, quamvis regio sit frigidif-</i>		
<i>sima.</i>	ibid.	
<i>Mazambique regnum vbi. 54. Lusitanorum est asy-</i>		
<i>lum 55. incole quales?</i>	ibid.	
<i>Mazza di Manputo quale frumenti genus.</i>	29	
<i>Magineas fluius.</i>	55	
<i>Melindanum regnum.</i>	56	

<i>Panza metropolis Bambæ.</i>	19	
<i>Pargus regni Congiani prouincia. 18. licet reli-</i>		
<i>q[ue]s sit minor, tributum tamen non pendit mi-</i>		
<i>nus.</i>	26	
<i>Pangus ciuitas prouincia Pangi.</i>	26	
<i>Pangus regis Congiani minor natu filius Christia-</i>		
<i>nijnum</i>	nisi	

# I N D E X.

nifnum è patris regno tollere satagit.	34.
fratri bellum infert.	35.
dira ipsi minatur ni religio-	
nen Christianam religionem abiiciat.	37.
ter fu-	
gatus in laqueos quos fratri tetenderat incidit.	38
Panis ex fructuum putaminibus.	29
Panni è foliis palmarum.	13
Parietes ex viuis arboribus.	30
Patachia quid.	1
Paulus Diazius commerciorum causa in regnum	
Congianum à rege Lusitanie mittitur.	14.
regi	
Angolano aperto marte reficit.	15
Pellicani, aues marinae à Lusitanis sic appellatae, qui-	
24	
Pembasedes regia.	27
Pembainsula.	56
don Petrus filius & successor Alfonsi regis Congiani.	
40. sub ipso insula S.Thome habitari cœpta.	ibid.
ipso absque hærede mortuo regnum deuoluitur ad	
fratrem.	41
Petrus Antonius à rege Congiano in Lusitaniam le-	
gatus mittitur.	48.
ab Anglis captus, nauivadis	
ill sa, vna cum filio submergitur.	ibid.
Philippus Castillæ rex Henrico Cardinali in regno	
Lusitanie succedit.	46.
amicitiam regi Congia-	
no offert.	ibid.
Piper apud Æthiopes moneta locum obtinet.	4
Porcus aquarilis, pisces regius.	10.
eius capiendi mo-	
dus.	10
Portus formosus ita dictus, vbi?	53
Portus Pindanus.	10
Prette Gianni imperium.	57
Prette Giannus potentissimus totius Africæ Impera-	
tor.	58.
imperij ipsius amplitudo.	ibid.
fodinis o-	
mnis generis metallorum celebre.	ibid.
incola col-	
ore variant.	ibid.
lex vestiaria.	ibid.
festum as-	
sumptionis Maria magna solennitate celebrant.	
ibid.	
Prette Giannus quid significet?	59
Principis insula.	4
Processus in causis criminalibus apud Congianos.	50
Promontorium currentium, sic dictum, vbi?	53
Promontorium de la pescaria.	ibid.
Ptolomæus de Canariis insulis quid sentiat.	1
Ptolomæus in tradenda origine Nili hallucinatur.	59

## R

R Aphani crassitudine humana tibiae vbi enascan-	
tur.	3
Regnum Matamanum. vide Matamanum.	
Rhinoceros animal vbi.	21
Rio de las borrheras roxas, siue fluvius arenarum ru-	
brarum.	10
Rosbel promontorium.	58
Rossetto versus Occidentem ostium per quod Nilus in	
mare mediterraneum effunditur.	60
Rupes in regno Congiano lapides preciosiores in venis	
producunt.	30

## S

Sacchari caritas hoc tempore vnde?	4
Salomon rex vnde aurum ad structuram templi	
acepisse credatur?	54
Santalum rubrum seu Aquilinum medetur febri.	51
Santali ligni copia vbi? i.e. eius utilitas.	ibid.
Sarabœ præcipius Occidentis fluuius.	59
Scaphæ magna ex uno ligno.	10
Sebastianus Lusitanie rex Aluaro Lusitanie regi fert	
supperias.	45
Sebastianus Manibamba Congianorum dux belli.	15
eius dominium vbi.	18
Senga fluuius.	7
Siene insula Nili.	58
Serpentes horrendæ magnitudinis.	23.
eorum carnes	
in magnis habentur deliciis.	ibid.
Serpentum genus bullam in cauda rotundam haben-	
tium.	23
Sierra Liona, promontorium Guineæ.	2
Soccotora insula.	53
Sognus vrbs Sogni prouinciae.	18
Sognus regni Congiani prouinciae.	18
Sogni prefectus Christianismi recipiendo primum	
fecit initium.	31.
eius in religione Christiana ad-	
discenda feruor.	ibid.
vna cum filio baptizatur.	32
ipse suis subditis concionatur.	ibid.
Alfonsum tam	
contra fratris calumnias quam contra patris fu-	
rorem seruat.	34.
Alfonsi milites trepidantes à	
fugare retraxit.	36
Sephalanum regnum.	53
Sofola insula.	53.54
S.Spiritus insula.	56
Struthio ex ovis, radiis solaribus excluditur.	23
Succinum è balenarum spermate non enascitur.	9
Sundus prouincia est regni Congiani patrimonium.	
25. nemo ibi quicquam habet proprij	ibid.
inco-	
colorum commercia.	ibid.
Sundus ciuitas.	25

## T

Templum S.Crucis in regno Congiano.	39
Tercera insula.	48
Terra natalis vbi, & vnde sic dicta.	53
Terra palmarum vbi, & vnde sic dicta.	24
Testudinis qua Congiani in festiuitatibus suis vtun-	
tur, mira efformatio.	50
D.Thome insula, quare sic dicta.	4.
eius amplitudo.	
ibid. Saccharum à Lusitanis inibi primum plan-	
tatum crescit copiosissime.	ibid.
insula quando	
habitari cœpta.	40
Thomas Candischius Anglus, nobilis pyrata.	3
Tigres non nisi nigris hominibus sunt infeste.	21.
variis capiuntur modis.	ibid.
pili qui circa us earum	
enascuntur sunt venenosí.	ibid.
Toroa, montes Luna sic dicti.	53
Verbela	

I N D E X.

V

- V** Erbel : fluuius.  
Vinum ex arboribus perforatis effluit.  
Viperæ maximè venenatae.  
Vlippona Lusitaniae vrbs.  
Vrbs S. Saluatoris, vide Sognus.

Z

- Z** Aire flumen. 5. maximus totius regni Congiani est fluuius. 9. Insula in Zairo fluui. 10

Zairus certis anni temporibus crescit & decrescit.	
18	60
29	Zairi animalia.
23	Zanziber insula.
1	Zebra animal velocissimum.
	Zibellini siue mures pontici propter pelles preciosissimi.
	22
	Zonæ torridæ, contra multorum opinionem sunt habitabiles.
	5
	Zonæ torridæ intensissimus calor unde tempere-
	tur.
	9

F I N I S.

*ICONES*

*Quibus*

**AD MAIOREM LECTORIS RECREATIONEM**

PRIMVS LVSITANORVM CVM REGE  
CONGRESSVS, INCOLARVM ARMA ET INSTRVMEN-

ta bellica, vestes tam foemineæ quam viriles, & aliquorum  
animalium formæ, quasi ad viuum  
proponuntur.

*IN AÆS INCISÆ PER*

*Johannem Theodorum & Johannem Israelem de Bry,  
fratres & ciues Francofortenses.*



**FRANCOFORTI**

*Excudebat Wolfgangus Richter, impen-  
sis Ioannis Theodori & Ioannis Israelis de Bry,  
fratrum.*

*M. D. XCVIII.*

RPJCB

ARGUMENTVM I.

Primus Lusitanorum cum Sogni præfecto congressus, eiusdemque Baptismus, de quibus lib. 2. cap. 2. fit mentio.



**V**alis fuerit primus Lusitanorum cum Sognianis & eius prouincia præfecto cōgressus, ut etiā pro Dīs haberentur, quomodo etiam cum ipso præfecto demonstratis superstitionibus, de Christiana religione contulerint, ita etiam ut Baptismum magno cum desiderio expeteret: item quomodo Rex Congi à Lusitania rege sacerdotes per literas petierit, satis supra cap. secundo secundi libri, ostensum est. Vnde hic ob oculos ponitur, quomodo felicibus auspiciis appulsis Lusitanis, una cum petitio clero, tam templorum quam altarium ornamentis instructo, ipse præfectus cum comitatu suo processerit obuiam. Et demum quomodo usque adeo expetiti baptisimi in templo ligneo ipsius etiam labore & diligentia citissime exstructo, una cum tribus altaribus in honorem S. Trinitatis erectis, sit factus compos.

RPJCB

Lusitani regem Congi salutant, eique legationem suam exponunt.  
De quibus vide lib. 2. cap. 2.



**C**ertior redditus rex per Sogni praefectum de Lusitanorum aduentu & religione, Lusitanos ad se vocandos curauit, à quibus etiam de Christiana religione edocitus, protinus eam amplecti constituit. Vnde ut non solum ipsi eiusq; aulici, sed omnes subditi in ea institui possent, clericos à Lusitania rege per legationem petit. Qui rege Lusitania ad promouendam Dei gloriam prompto, & eius petitioni quam citissime satisfaciente, coram Congi rege se sistentes regis sui donaria ei offerunt, ornatus sacros, statuas, crucifixos, imagines & alia ad eiusmodi cultum necessaria, singulorum etiam adjiciētes explicationem & usum. Et rege omnia hilari vultu excipienti, omnes quoq; subdit i pro more suo proni in terra procumbentes & pedes eleuantes, suum testantur & gaudium & consensum.



ARGVMENTVM III.

Edicti Regii, de quo cap. 3. secundi libri  
agit, executio.

3



**C**hristianam fidem amplexus Don Alfonsus Congi Rex, & victoriam contra fratrem Pangi prefectum, religionem Christianam unacum rege legitimo opprimere satagentem, adeptus, conuocatis omnibus regni proceribus iniungit, ut singuli sua ditionis idola conquerant, & intra constitutum tempus ad locum designatum deferri current, capitali negligentibus proposita pœna. Vnde magno studio intra mensis spaciū in unum locum congregata omnia, quæ in toto regno reperiebantur diuersarum tetricarumq; formarum idola, regio iussu in cineres redacta sunt.

ARGV-

RPJC8

Habitus tam magnatum quam plebeiorum de-  
scriptus lib. 2. cap. 7.



**V**T ea quæ supra dicta sunt de antiquo Moricongiorum vestitu facilius intelligi pos-  
sint, opera & precium duximus, si ea figura hac illustraremus. Magnates enim & ij  
quibus sumptus suppetunt, ut & supra diximus, paruo pileolo ad ornatum potius  
quam ad necessitatem contra solem, ventum & pluuias, caput tegunt: pellibus mol-  
lioribus, thoracem tegunt, iniecto humeris pallio rotundo ex tenuissimi palmæ folio-  
rum filis retis in morem contexto, in extremitatibus fimbriarum loco versiculi-  
bus floccis circundato. Inferior corporis pars panno itidem ex palmarum filis contex-  
to inferius floccis circundato & à femore cui cingulo alligabatur, usque ad suram profluente tegitur.  
Calceis aut ocreis pedes volvunt ex eodem panno confectis, ea forma quali in antiquis Romanorum visun-  
tur statuis. Plebæi vero inferiori tantum parte corporis eo quo diximus modo, pannis autem cras-  
fioribus & vilioribus tecti, cetera nudi incedunt. Et hic antiquus est eorum ha-  
bitus, qui postea ad Lusitanorum vestitum quem hodierno  
adhuc referunt mutatus est.

RJJC

Armatura tam nobiliorum quam gregariorum militum descripta lib. 1. cap. 7.



**H**ic qua de ornatu militari diximus ob oculos ponuntur. Quomodo nimirum caput variis auium ornent pennis ut maiores & terribiliores videantur hostibus: Superiori parte corporis nudi, ferreis catenis se onerant, cingulo quoque tintinabulis quibusdam replete animum & sibi & suis augent. Et quomodo instrumentum illud pyramidis forma ex tribus ferri laminis compactum pulsantes sonum edant horrendum: & demum quomodo altero utantur instrumento bellico, ex corio causa arboris cortici superindito constante.


RPJCB

De modis quibus de loco in locum, seruorum aut conductitiorum humeris transferri solent.



Vm nulli in toto Congi regno reperiantur equi, neque incole eam habeant industriam boues, qui tamen ibi sunt maximi, iugo aptandi: necessitate coacti tam in rebus quam in seipsis hominum vel seruorum vel conductitiorum utuntur opera. Vnde etiam si quando faciendum est iter, tribus diversis modis portantur, mutatis subinde portitoribus, cursorium equum si respirandi detur tempus celeritate sua a quantibus. Primus autem modus quo E<sup>g</sup> rex ipse aliquando utitur, quando in lectica E<sup>g</sup> supra E<sup>g</sup> infra velis pretiosis tecta, vel sedentes vel cubantes, quatuor seruorum portantur humeris.

RPJCB



**S**Ecundus, cum in panno & palmis contexto & ab utraque parte pertica longiori alligato cubantes à duobus portantur, contra solis calorem eodem panno tecti.

Argy-

RPJCB

Alius portandi mos.




**E**rtius cum loro à pertica dependente, insidentes & combella  
contra calorem solis tecti, à duobus feruntur, brachia interim ne  
decidant pertice circumdantes.

Cc


ARGV-

RPJCB

Zebra de qua lib. i. cap. 10. inter animalia Congi præcipue in Pamba  
prouincia reperta, fit mentio.



**N** descriptione Pambæ Regni Congiani prouincia mentio-  
nem quoque fecimus Zebra animalis, non tantum propter  
celeritatem, unde Lusitanorum prouerbio quo celerem  
Zebra celeriorem dicunt, data est occasio, sed etiā formam  
& colorem admirandum. Cum enim mulam refert, mula  
tamen (parit enim atq; quotannis inde magna copia) non est, & si aliqua  
incolarum adesset industria, equi & fortissimi & celerrimi compleret vi-  
ces. Tribus autem, ut supra diximus, est hoc animal distinctum coloribus  
albo, nigro & spadiceo, qui lineis tres digitos latis à tergo versus pectus he-  
micyclo facto ambiunt una cum capite & cruribus, eo semper obseruato  
ordine ut albo niger, nigro vero spadicenus succedat. Cauda eius rubicun-  
da & setis lucidissimis referta. Vngula & pes mulam refert.



Triplex mulierum vestitus, de quo mentio  
fit lib. 2. cap. 7.



**A**qua de antiquo fœminarum diximus cultu hic decla-  
rantur. Triplex enim hic apparet supparus quorum quis-  
que singulari cingulo corpori alligatur: caput aut vitta,  
aut pileolo virorum in modum tegebant, facie incedebant  
aperta, nudisque pedibus. Mediocris fortuna mulieres,  
quamvis eodem fere modo, pannis tamen vilioribus vestiebantur. Plebeæ  
vero & seruae, inferiore tantum corporis tecta, cetera nuda incedebant.  
Qui tamen habitus ab iis quibus sumptus suppetunt ad imi-  
tationem Lusitanicarum mulierum,  
mutatus est.

RPJCB

Alia quædam diuersa animalia nostris regionibus incognita de  
quibus quoque lib. i. cap. 10. agitur.



**A**RTE animalium in hoc regno inueniuntur species, ut supra cap. 10. primi libri  
videre est. Sed cum quædam etiam in hisce nostris inueniantur regionibus, pere-  
grina & alias ignota hisce iconibus exprimere conati sumus, ut lectorem eorum for-  
mis in cerebro effigiandis leuemus tadio. Primum itaque est quod Dante appellant  
incole, corporis forma (statura enim minus paulo est) bouem referens, nisi quod cor-  
nua longa, caprinis cornubus similia, & perpolita habeat in capite. Venatori adeò  
infestum, ut nisi celerrimus sit & dexterinus, facile eum conculcat. Secundum  
est Empalanga, boni quoque per omnia simile, nisi quod pectori & capite, cerui in morem, incedat erecto,  
& cornua gerat oblonga ab inferiori parte nodosa & interius inflexa. Mentionem quoque eodem capite  
fecimus animalis cuiusdam draconem referentis, ab incolis olim studiosè nutriti & pro Deo habiti, cuius  
quoque effigiem delineauimus, una cum lupo furtum suum dorso ferente, & simius magnatum  
deliciis: & demum serpente bullam in canda gerente medicinalem: quo-  
rum omnium descriptionem suo loco proposuimus.

RPJCB

De Regni Coangani incolis & Anziquis, de quibus  
cap. 5. primi libri fit mentio.



P

OPVL hi, olim Bramas dicti, Congianis, vicinis, per omnia ferè sunt similes, armatura saltem excepta, quam hic ob oculos proponere visum est opera & precium. Scutum enim gerunt sinistra magnum ut quod totum tegat hominem; dextra vero testum oblongum lato, venabuli in morem, ferro præpilatum, quod modo qui in medio est, manubrii loco, comprehensum magna vi, magnaque cum dexteritate, ita ut nunquam ferè aberrent, in hostem contorquent. Pugiones quoque habent latos & dicti teli cuspidem referentes.

His versus septentrionem contermini sunt Anziqui: reliquias omnes nationes barbaras, quæ humanis vescuntur carnibus, feritate superantes. Non enim inimicos & hostes saltem prælio captos, sed & amicos & consanguineos cum possunt & libitum est, vorant: imo quidam gloria cupidi, ut fortissime mortem videantur contemnere, aut signum dent suæ ergare gem suum constantia, seipso macrandos & devorandos locant: unde fit ut ipsorum publica macella non pecuinis sed humanis carnibus venum expositis, semper sint referta. Armaturæ eorum est arcus parvus cum sagittis leuibus, & securis brevi adaptata manubrio, qua non solum hostem laedere, sed etiam omnes eius sagittas, incredibiliter celeritate eludere norunt. Cingulis quoque utuntur tres digitos latis, & crasso elephantis corio constantibus. Cetera superioribus quoque similes.

RPJCB

De Giachis, de quibus cap. 9. secundi  
libri fit mentio.



**H**abitant hi iuxta primum Nili lacum, ad miraculum  
usque efferi & barbari, statura procula, colore nigerrimo,  
& vultu quo vel cordatisimum quenque primo intuitu  
perterrefaciat: Ut enim videantur terribiliores, genas  
& totam faciem hiantibus signant cicatricibus, & ere-  
ctis palpebris, contortisque oculis, ita ut toti fere albi in facie nigerrima  
appareant, cacodemones potius quam homines videntur. Arma ipsorum  
sunt clavae, sagittae, pugiones, hasta, & scuta magna lataque, inferius  
acuta: quibus ordine humi defixis propugnaculi utun-  
tur loco: & elevatis hostium sagit-  
tas excipiunt.

RPJCB

De fœminis Monomotapanis, de quibus cap. 9. secundilibri agitur.




**M**ONOMOTAPÆ Imperator cum toius istius plaga ferè sit potentissimus, multos que sub se habeat regulos & satrapas, qui multum etiam ipsi suis rebellionibus, quibus iugum excutere sat agunt face sunt negoti, semper, ut eos in officio contineat, & vicinorum vim propulset, armatas in procinctu habet legiones: quarum quædam, & præcipue ex mulieribus bellicosissimas, & fortissimas, ita ut mortem potius intrepide exspectent quam se loco moueri patientur, constant: Quæ antiquarum quoque Amazonum more sinistram mammam, ne in emitte dis iachulis (qua in re sunt dexterimæ) impedimento, exurunt. Et cum Imperatoris permisso sola propriam incolant regionem, statu anni tempore viros, quos ipsæ eligant, admittunt: filios enixa, patri nutriendo remittunt filias autem, exusta, ut diximus, sinistra mamma, ab ineunte atate in armis exercent.

F I N I S.

36926

RPJCS



36927

J  
De Bry  
S.V.  
pt. I  
1598  
Lat  
op. 2





